5 Verba neutra pleraqꝫ præſentis & præteriti participijs carent, ſed nomen uerbale à ſe declinant. ut à גבר uenit גִבּוֹר fortis, non גֹבֵר neqꝫ גָבוּר. Quod quidem nomen loco participij præſentis poſitum inuenitur.

6 Quædam neutra, participium præſentis habent, & eadem uice nominis uſurpata etiam inueniuntur, ut יֹשֵׁב ſedens, ſeſſor, uerum id eſt pro more participiorum reliquorum.

7 Conſtãter autem præteritis participijs carent, quod participiorum tẽporis præteriti ſignificantia per præſens naturaliter declaret. non dicitur enim ſedens, niſi ſit, ut ſic dicã, quod ſedeatur. ideſt, quod coaptetur ad hoc ut recipiat ſeſſionem. Id quidem præteritum participium ſignificat, nimirum actiõis receptionem, quæ in trãſitiuis pariter in agentem coincidit.

8 Vtriuſlibet gradus participia, ab adiectiuis nominibus hoc differũt. quòd adiectiua citra tẽporis reſpectum, formã nudam rebus accidentem ſignificant.

Participia uero ſupra formam temporis quoque indicium ſimul includunt, ut גַּנָּב fur, denominatio hominis habentis uſum furandi, etiamſi modo nihil furet, ut Hiere. 2. כבשת גנב כי ימצא Ceterum גנב participium, qui modo furatur Deu. 24. cap. גנב נפש מאחיו & paulo poſt ומת הגנב ההוא hoc Nomen, illud autem Participium eſt.

9 Declarantur autem adhuc eſſe participia per את ſubſertum tanquam articulum accuſatiui. Exemplum Hieremiæ. 23. כה אמר יהוה על הרעים הרעים את עמי ſic dicit dominus super paſtores paſcentes oues meas, prius הרעים abſolute ſine adiuncto, nomen eſt, paſtores. Alterum propter את particulam, participium eſt, paſcentes.

10 Si participiis utriuſuis gradus aliquid ex כלם præfigitur, quæ literæ uerbis, niſi infinitis, cohęrere non poſſunt, nominatum eſſe dinoſcuntur.

11 Quoties Participia ponuntur abſolute, aut uocabulum aliud, ſine interuentu conſignificatiui את adhæret, nomina fiunt.

12 Pronomina אנכי ואתה ego & tu, ex parti cipijs nomina faciunt. Cuius præcepti partim autor ē Rabi Salomon, Exo. 8. super hęc uerba. ואם יתן חמה ושלם Quoties inquit, homo additur, nomina fiunt, & alij rursus primam & secundam perso/ nam pronominis, non minus participi/ is repugnare aiunt, quàm uerbis tertiæ personæ repugnent.

DE IMPERATIVO

1 Imperatiuus prima persona caret, ne mo enim sibi imperat.

2 In Imperatiuo solo præsente utunt̄, quo is cui imperium fit extemplo excitatur. ad aliquid aut mox, aut in posterum fa ciendum, iccirco pręteritis & futuris ca rere contendunt.

3 Et est proprie uerborū personæ scdę.

4 Sed frequenter abutuntur futuris, loco Imperatiuorum, tertiæ personę, uelut in subsidium defectus פרעה ויפקד פקדים

5 Nec minus secūda psona futuri, uicem Imperatiui refert.

6 Quę ex ptīs futura fiūt accidēte uaf cō mutatiuo, nihil minus ipsis futuris loco Imperatiuorum usurpant̄ ואמרת & dicito.

7 Immo utriusque generis futura, quam ipsa imperatiua receptiora sũt, & magis frequẽtata usu linguę sãctæ. uide Exo. 20.

8 Cæterũ imperatiui aliàs, p̃sertim apud Psalmographũ, subinde precantis, atque optantis sunt, qua forma אנה & נא quãdó que præmittuntur, ceu particulæ declarantes petitionẽ שְׁמַע נָא Psal. 118. אנה יהוה הושיעה נא.

9 Itẽ cohortãtis atque excitantis uim repręsentant, ut בקח לשְׁמַח בחור.

10 Nunquam autem negatio anteferri potest imperatiuo, sed futuro loco huius posito dumtaxat antefertur. Nam usus linguę non fert ut dicas לא גְנֹב ne furare, sed לא תִגְנוֹב .i. ne furaberis. Exẽplũ Esa. 54. קרא בגרון אל תחשך Clama gutture, ne cessato.

11 Et ut semel dicam, post huiusmodi uoces indeclinabiles אל לא פן כי אם אשר עד למען בעבור & post similes illis, nunquam subnectitur imperatiuus, sed in uicem eius futurum adiungitur.

De infinitiuo.

Gra. 5.

1 Infinitiuũ alij nomen originis faciunt,

ſed inſulſe, indeterminatum enim tem pus ſignificat, in quo eſt tota uerbi ra= tio.

2 Infinitiuo præſeruiunt literæ בכלם uaf olim citra iudicium, neſcio quem ſecu= tus, temere adieceram. Quæ quidem co pula communis eſt uerbis, nominibus, conſignificatiuis, atque deductitijs qui buſlibet. Excepto אוֹ ideſt, uel. Et dictio ne ab ה admirationis nota incipiente, ſi cut aliàs declarabitur.

3 Abſqꝫ literis בכלם infinitiuus ponitur, quoties amplificandi gratia uerbo ſuo congeminatur Deute. 15. שָׁמוֹעַ תִּשְׁמַע au= diendo audies. i. intente curioſéque au ſcultabis.

4 Infinitiuus, ſi imperatiuo ſuo ꝓpter em phaſim iungitur, fermè ſequi debet, ut Eſaie. 6. שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ. Alijs autem gradibus cohærens præcedit plerunque.

5 Præter hanc formam, quę infinitum cũ uerbo ſuo exaggerat, huius gradus uer ba ſine præfixo ex בכלם inueniunt̃, quã uis infrequentiora.

6 Lamed præter cæteras literas בכלם obti nuit, unde infinitiuo abſqꝫ affixo בכלם

lamed peculiarius inter exponendũ ad/ ĳciendum censẽt, Geñ. 48 רְאֹה פָנֶיךָ לֹא פִלָּלְתִּי hoc est, ad uidendum faciem tuam nun/ quam adieci animum.

Geñ. 31. עַתָּה הִסְכַּלְתָּ עֲשׂוֹ tu stulte prorupisti ad faciendum istud, ibi hæc duo infiniti ua רְאֹה וַעֲשׂוֹ pro לִרְאוֹת וְלַעֲשׂוֹת interp̄tari licet.

7 Lr̃as בכלם semper hireck inspirat.

8 Post has tres literas בכל infiniti uerbi p̄/ ma persona raphatur. ut לִפְקוֹד

9 Mem uero eandem semper per dagges intendit, ut מִפְּקוֹד

10 Vicẽ imperatiui Infinitiuus obtinet, author ẽ rabbi Salomon, Deut. 15. Quã quam quę ipse adducit, magis futura sũt loco Imperatiui, quàm infinitiua. Exẽ/ plum regulæ ex citato loco Deuteron. זָכוֹר אֶת יוֹם הַשַּׁבָּת Quæ Rabi Salomõ sic ex ponit תֵּן לֵב לִזְכּוֹר תָּמִיד אֶת יוֹם הַשַּׁבָּת hoc ẽ, Ad hibeto cor ad memorandũ iugitet diem Sabbati. Quæ præceptio, non multum à latinis auribus abhorret. Siquidem cõ sueuerunt usurpare Gerundia sine Præ positionibus, ad necessitatem exprimẽ/ dam, quæ imperĳ uis est, multo omniũ acerrima, ut sudandum ei, qui cupiat in

literis eſſe aliquis, hoc eſt, neceſſe eſt vt ſudet, ubi ſubauditur, eſt, verbum Subſtantiuum. Non aliter Rabi Salomon קום לב quo זכור Infinitiuus, ſuperioribus aptius cohæreat, ex ſe adiecit.

11 Vel dic ſimplicius Hebræos Infinitiuum in uicem Imperatiui vſurpare. Quemadmodum latini hiſtorici, & qui cumque aliquid accuratius narrant, Infinitiuo loco Indicatiui, abutuntur.

12 Cum ſecunda Perſona Imperatiui, ſingularis numeri, Infinitiuus gradus uoce conuenit, per omnes Coniugationes, excepta prima. Sicut infra ſub formatione quinti gradus declarabit.

13 Poſtremo adnotandum, Infinitiuum habere tempus, quod ex verbo, cui adhæret, mutuatur, aliàs indeterminati temporis eſt.

Nam quod aiunt Beth & Caph fermè declarare præteritum. Lamed autem cū Mem Futurum, magis curioſum quàm uſu receptum eſſe arbitror, Nunquam non occurrentibus promiſcue exemplis. Vt Geneſis triceſimo primo capi.

וישמע את דברי בני לבן לאמר hic lamed ſuper prę
teritum indicat, nō enim audiuit uerba
quæ dicenda, ſed q̃ dicta erant. Rurſus
ibidē וינהג את כל מקנהו לבוא אל יצחק ubi lamed
bachlem in לבוא futuro par eſt, necdum e
nim ad Iſaac Iacob peruenerat.

DE CONIVGATIONE

Sunt autem quinq; Coniugationes, prima leuis, cum ſuo paſſiuo, reliquæ q̃tuor, aut literis, aut puncto dagges ultra primam coniugationem aggrauantur. De prima coniugatione ſunt פָּעַל & huius paſſiuum נִפְעַל De ſecunda פִּעֵל actiuū & פֻּעַל paſſiuū. De 3. actiuū הִפְעִיל & paſſ. הָפְעַל De 4. uerbum reciprocum הִתְפַּעֵל. De quinta quadratum. ut שִׁפְעַל

CONIVGATIO RRIMA uerbi actiuæ uocis.

1 Prima itaq; Coniugatio, eſt uerborum primitiuorum, quæ thema uel radix dicuntur. Hęc in tertia perſona maſculini generis. ſingularis numeri, pręteriti perfecti, literarum ferè trium ſunt, ut שָׁמַר cuſtodiuit.

2 Hanc Hebræi uocant בנין הַקַּל hoc eſt, coniugationem leuem, q; releuata & im

munis ſit à quouis onere forinſecus, tribus literis eſſentialibus, alioq ſuccedente. Succedit autem uel dagges in alterā, ut פִּקֵּד uel literæ aliquot ſubſeruientes in reliquis coniugationibus.

3 Et hanc ſignificandi rationem habet, quòd res antelati nominatiui uim energiámq́ uerbi, nunc in ſe manentem, nūc in alteram exeuntem, aut efficiat, aut patiatur. Contendunt Grammatici tantū neutra eſſe huius coniugationis, unde actionem uelut in ſe manentem procliuius per eam aiunt ſignificandam, adeóq́ actiua ꝑter regulam accedere, quam tamen argutiam nihildum moror.

4 Nam actiua ut הָרַג occidit, & neutra ut הָלַךְ iuit, iuxta complectitur.

De formatione primi gradus, qui eſt præteritum perfectum.
Et primo de tertia perſona.

5 Huius coniugationis uerba, ſub prima kamecz habent, ut פָּקַד. Cuius cauſſam ocioſi grammatici, ex יְהוָה, quod eſt ineffabile nomen dei, ac ſingulariter diuinitatis ſignificatiuū, deſumunt. Id quia

lrīs quatuor ſcribitur, colligunt, omnia primitiuą ad eius exemplum eſſe debere quatuor lrarū. Et exectum aleph poſt primā radicis declaratur abeſſe per kamecz, quod ad ſimilitudinē dagges eliſum elementū ſoleat referre. De qua re libro quarto latius. Quadratura eñ uerbi cōſtaret שׁוֹמֵר redit ternarius hoc modo שֹׁמֵר.

6 Item eiuſmodi uerba, quæ neq; literam, neq; dagges, ad ternarium thematis admittunt, & in hanc primam inflexionē recenſentur, ſecundam literam trifariā regulariter inſpiratam obtinent, aut eñ per patha, ut פָּעַל aut per zere, ut פָּעֵל aut per holem, ut פָּעֹל alteram literam claudunt. Eas terminationes, uno uerſu ex 40. cap. Exodi mutuato, ſic proponunt ולא יכל משה לבא אל אהל מועד כי שכן עליו הענן וכבוד מלא את המשכן.

7 Patha ſub termīo, membro & periodo, in kamecz commutatur. Similiter & aliàs, ſi ultima uel aleph uel he fuerit, ut Pſal. 1. לא ישב. Item קרא ירה.

8 Quod quidem negligentius animaduertentes, tribus ſuperioribus kamecz ul-

timę adiecerũt, tanq̃ q̃rtã termĩationẽ. Sic apd' Esa. אוריה שָׁגַת mẽbrũ est, cuiusmodi si uis, termĩationẽ à patha diuersã facito, nã & alię psonę cõsiliter formant, & q̃busdã uerbis hoc freq̃ntius accidit.

9 De media & ultima quiescẽte infra pro loco uidebis, ut קָם & Geñ. 44. אוֹר הַבֹּקֶר idest. mane illuminatum est.

10 Adiunge igitur naturam distinctionũ orationis, & classium proprietatẽ, habebis sex terminatiões p̃teriti primę cõiugationis, uidelicet אוֹר. קָם רָכַשׁ יָכֹל מָלֵא שָׁכֵן.

11 Quæ in holem neutra sunt יָגוֹר Geñ. 32. קָטֹנְתִּי מִכֹּל הַחֲסָדִים.

12 Pauca in zere finita actiua sũt, ut אָהֵב חָפֵץ pleraq; autem neutra שָׁכֵן קָם מָלֵא גָּדֵל.

Formatio aliarum personarum à tertia præteriti.

13 Quemadmodum harum sex literarum קתי ומן ad finem primitiui adiũctiõe, reliquas personas à tertia inclines, ex sexto capite primi libri huc repetendum est.

De uariatione punctorum præteriti sub alijs personis.

14 Punctis aũt sic uariant. Tertia persona præteriti, aut in patha, ut פָּקַד, aut zere

ut דָּבֵק ,aut holem in uerbis perfectis, ut יָכֹל desinit ut modo diximus.

15 In omnibus personis utriusq; generis, & numeri spiritũ kamecz prima custodit, exceptis secundis personis pluralibus, quę kamecz in seua conuertunt, ut פְּקַדְתֶּם יְכָלְתֶּם.

16 Media litera substãtialis patha retinet ubique, prætercȝ in tertia plurali, communis generis, & tertia singulari fœminini generis, ubi per seua mouetur, ut פָּקְדוּ פָּקְדָה.

17 Tertia substantialis seua habet, præter tertiam personam fœminini generis, ut פָּקַדְתְּ. Excipitur secunda persona fœminini generis, dum ultima uerbi est gutturalis, ut שָׁמַעַתְּ.

18 Quæ præteritum in kamecz terminãt, idem retinent sub personis alioqui pathassatis, ut רָכַשְׁתָּ רָכַשְׁתִּי quod quidem naturam sententiæ finitæ, quam generalẽ obseruationẽ potius dixerim. Nã in secunda plurali patha ipsi admittunt, ut רְכַשְׁתֶּם.

19 Media gutturalis habet loco seua, hateph patha ut פָּעֲלוּ.

20 Et in media quandóque inuenitur sæ=
gol שְׁאֶלְתֶּם.

21 Quæ uero sub altera zere habẽt, hoc in
obliquis personis, in patha, cõsimiliter
uerbis in patha desitis, conuertunt. Ni=
si sub tertia plurali communis generis,
& tertia singulari fœminini generis, q̃
per seua pariter finiuntur, ut חָפֵץ חָפַצְתָּ &
חָפְצוּ חָפְצָה.

22 Sunt tamen quę zere seruant, ut מָלֵא מָלֵאתָ
מְלֵאתֶם.

23 Singulare est, in zere finitis uerbis, qđ
tertia eorꝝ persona pluralis, & tertia fœ
minina singularis, sub distinctione &
termino in zere mediæ literæ redeant,
ut חָפֵצוּ חָפֵצָה.

24 Nam quæ in patha, eo loci seua non in
patha reddũt, sed in kamecz recolligũt,
ut פָּעָלוּ פָּקָדָה פָּקָדוּ.

25 Postremo holẽ finalis, sub litera secun
da per omnes personas pręteriti manet,
præter tertiam pluralem, & tertiam fœ
mininam singularem, quibus locis pari
ter in seua corripitur, ut יָכְלוּ יָכְלָה.

26 Et in termino orationis seua illarꝝ per
sonarum, iterum in holem transit, ut

Exodi. 7. ולא יכלו.

27 Kamecz & holem monosyllaborũ uerborum ferè seruatur, quemadmodũ sub classe quinta infra trademus.

Formatio participij
præsentis.

28 Prima semper uaf cũ holem, & media in singulari masculini generis zere assumit, quod inde in seua uertitur, ut פוקד & פוקדים פוקדה.

29 Fœmininum in taph sæpius desinit, postremis duabus per sægol expressis, ut פוקדת.

30 In he autem rarius reperitur, ut Hiere. 3. והלכה מאתו.

31 Quæ uerba in zere exeũt, plerunq; participijs præsentibus carẽt, sed eadẽ ipsa uerbi uox, loco nominis adiectiui inuenitur. De quo libro tertio.

32 In holem uero finita nunq; in libris scripturæ inueniuntur participialiter, neq; commutata in nomen adiectiuum. Authoribus autem usurpata sunt tanquam adiectiua.

33 Reliqua huc ex primo libro transferas.

Formatio participij præteriti.

34 In singulari masculini generis, primã puncto kamecz inspirat, quod in reliqs deductitijs in seua corripitur, post mediam uero semper sureck habet, ut פָּקוּד פְּקוּדִים פְּקוּדָה.

Formatio Imperatiui.

35 Imperatiuus gradus sub primã, masculini generis singularis numeri seua, sub alteram holem, uel patha adsumit, ut זְכוֹר שְׁמַע.

36 Si parelcon ה masculino generi additur, ut addi solet, hireck ex seua primæ lr̃æ mutuabis. Gene. 39. שִׁלְחָה הַנַּעַר: שִׁכְבָה עִמִּי. Quod de tertia masculini generis in patha exeunte, perpetuum esse scias.

37 Si media fuerit gutturalis, prima per patha punctatur, ut יִשְׁחֲעוּ. Interdum autem per sægol, ut Psal. 31. אֶהֱבוּ אֶת יְהוָה. Interdum autem kamecz שָׁאֲלָה.

38 Qua forma hatephkamecz sub prima, loco hireck assumit, si in liberũ holem finitur, ut זְכֹר. Appendice he fit זָכְרָה.

39 Item holem ultimæ sub constructione in kamecz transit, ut שְׁמָר לוֹ.

40 Kamecz priorem syllabam, & holem posteriorem aliq̃ties conficit, ut שְׁמוֹר זָכוֹר

41 Prima gutturalis cum hatephpatha uenit, Sic habet quandoq́ꝫ uariationes Imperatiuus זְכוֹר שְׁמַע פְּסֹל שְׁמוֹר עֲבוֹר

42 In plurali masculini generis, & singulari fœminini generis hireck propter seua, medij locum obtinet, ut פִּקְדוּ פִּקְדִי

Infinitiui constituendi ratio.

43 Infinitiuum primam literam p̄ kamecz inspirat, ut פָּקוֹד

44 Quod sub literis בכלם q̃ puncto hireck inspirantur, in seua uertitur, ut בִּפְקוֹד לִפְקוֹד

45 Aliquando prima seua habet citra בכלם

46 Semper ultimam syllabā holem regit.

Futuri formatio.

Comunia omnibus Coniugationibus & Classibus.

47 Ad caput radicis איתן, sicut ex primo libro didicisti, præfige, mutuata ab Imperatiuo punctandi ratione, exurgit ubique futurum.

48 Quæ litera ex איתן, quam personam utriusuis generis & numeri cōstituat, ex priore libro huc repetas.

49 Aleph nota Futuri, quia gutturalis ē, per segol

per ſegol & reliquæ tres per hireck pun ctantur.
50 Si iod primo eſſentialis non cadit, a/ leph איתן per hireck punctat̃,ut 3 Regũ.1 אִיעָצְךָ נָא.
51 Si gutturalis eſt,prima radicis,omĩ bus literis איתן ſegol ſubſcrit̃bi, ut תֶּעְרֹז אֶחְסוֹף
52 Poſt איתן ſeua ſemper ocioſa eſt.
53 In omnibus coniugationibus & claſſi bus,primæ perſonæ utriuſq; numeri,ad mittunt ſuperuacaneum he,poſt ultimã futuri,mutatis tamen punctis medię lrę ſicut ſupra de imperatiuo dictum eſt. & kamecz ultimã radicis ĩſpirat ut אֶעְלוֹקָה & Pſalmo.42. אֶזְכְּרָה אֱלֹהִים Quandoq; ue
54 ro ſegol antecedit,ut קְשֶׁנָה quod ultima quieſcente perpetuum eſt,ut אֶקְרָאָה
55 Quod fallit, cum he tertia radicis qui eſcit.ut אֶגְלֶה Nam alioqui he ultima ra/ dicis eſt,cui alterũ he adiũgi non poteſt.
56 Secundis & tertijs pſonis pluralibus, nun ſuccedere ſolet, hiatus prohibendi cauſſa,ut תְּשִׁירוּן
57 Iod & taph ſigna futuri, ad finem he ac ceſſoriã nõ admittũt, niſi admodũ raro.

Propria primæ coniugationi, ſed claſſibus fermè cõmunia.

58 Quia ab imperatiuo puncta mutantur futura, poſteriorem ſyllabam primę cõiugationis, uel in uocalẽ holem, uel in patha finient. De quo ſequentes accipe Canones.

59 Quæ actiua, & tranſitiua in alterum, holem plerumq́ obtinent, ut יִשְׁמוֹר

60 Sed quibus uerbis ultima uel penultima ſubſtantialis eſt, Ain uel heth, cuiuscunq́ generis fuerint non poſſunt non habere patha, יִשְׁמַע & תִּשְׂמַח לִבֵּנוּ A quo iterum eximũt ומה אֶזְעוֹם Numeri 23. Item Eſaiæ 5. וְיִנְהוֹם עָלָיו

61 Poſtremo ſunt uerba, quæ eandem ultimam futuri, nunc per holem, nunc per patha promiſcue ſonant, ut per holẽ Ioſue 5. וַיִּשְׁבּוֹת הַמָּן & ceſſauit mãna. Per patha Nehemiæ לָמָּה תִשְׁבַּת הַמְּלָאכָה

62 Patha aliàs neutra frequẽtius claudit, ut יִשְׁכַּב יִקְדַּשׁ

63 Holem alteræ ſyllabæ per conſtructionem in kamecz uertitur, ut יִקְרָךְ בּוֹ

64 Patha uero in kamecz tranſit ſub clauſulis orationum. Ergo nũc habes nouẽ

uariaiões primæ psonæ futuri אשמע אפקד אדע אזכרה אפקדה אפקד. Classibus magis fami liaria suo quæq; loco patebunt.

DE VER. PAS. PRIMAE CON.

Quod נפעל nominatur.

De uerbo passiuo huius cõiugatõis, q̃d נפעל, p more grãmaticorum noiare libet principio dicam, qua ratõe formet à suo actiuo, & q̃ pacto p sex gradus cõiuget, Deĩde qd ,ppríe significet, exponere conabor. Nã grãmatici officiũ est, recõditam uim lingue, atq; authorum, q̃s enarrãdos suscepit penitissime puestigare, ac puestigatam, in apertã lucem cognitõis pducere. Quod quidem in hac sacra lingua ĩprimis opęprecíũ facturi uidemur Alioq his annis haud dubie sero esset, tam anxijs grãmaticorum p̃ceptiũculis distineri, si nõ ad sacra intelligẽda cõducerent, p̃sertim ut nũc sunt tẽpora, q̃ uirilẽ operã magis reqrunt, neq; ferũt quidem curas pueriles. Eiusmodi enĩ interp̃tor quas eruditõis capescendæ caussa Christiani insumimus.

Coniugatio uerbi passiui, primæ Coniugationis.

1 Igitur characteriſtica litera uerbi paſſiui eſt nun, præfixa primæ radicis.

2 Pro natura primitiui, nam uerbum leue dicitur, dages in hac coniugatione nunquam inuenitur. Sed ad ſignificandum nun paſſiui notã eliſam, ubi eliſa eſt, ſemper dages habet.

3 Et nun paſſiui conſtitutiua, punctatur quidem per hireck, per ſeua autem prima radicalis, & per patha altera radicis, ut נִפְעַל.

4 Quod ſi prĩa radicis una fuerit ex gutturalibus אחעה tum nun ꝑ hireck, ſægol adſciſcit.

5 Omnia deductitia, ſiue maſculina, ſiue fœminina fuerint, puncto hireck ſub nun, & ſeua ſub prima radicis ſeruata, quatenus ad reliqua puncta attinet, imitantur actiuum, hoc eſt, in quacunq; perſona, & genere huius gradus, ſub altera radicis actiui uerbi patha ponitur, idẽ punctũ ſub ijſdem locis retinet eius paſſiuum. Vbi autem actiuum patha alteræ ſubſtãtialis in ſeua conuertitur, ibi paſſiuum conſimiliter ſeua obtinet, ut פָּקַד נִפְקַד & פָּקְדָה נִפְקְדָה. Ita in reliquis, formas

actiui præteriti suscipit.

6 Participium præsens passiui generis, à præterito uerbi hoc tantũ differt, quòd sub alteram literã essentialem loco pastha kamecz assumit, ut נִפְקָד נִפְקָדִים In fœminino genere נִפְקָדָה. Exemplum habes Psal, 51. רוּחַ נִשְׁבָּרָה.

7 Hoc quidã uocant nomẽ epitheti, quandoquidem extra constructionem & absolute pleruncꝫ poniĩ, qđ te nõ turbet.

8 Habet accentum in ultima semper, etiã si ponatur extra terminum, quo secernitur à præterito, ut Esa. 24. נִשְׁבְּרָה קִרְיַת תֹּהוּ. Cognoscitur esse participium ex accentu sub ultima. Ibidem נָבְלָה הָאָרֶץ preteritũ uerbi passiui est. Rabi Dauid Kimhi diuidit inter אחת לא נשברה. Psal. 34. atque inter נִשְׁבָּרָה רוּחַ Psal. 51. quod illud, quia accentum in penultima, præteritũ uerbi, hoc, quia accentum in ultima retineat, participium pręsens, simile nomini uerbali habeatur. Quancꝫ impressa exemplaria, quotquot ego uidi, repugnant.

9 Participio præterito caret, quod significatio illius cum præterito uerbi nimium esset adfinis.

10 Imperatiuus nun abijcit, relicto dagges eius signo in prima substantiali, quod quia robustum esse debet, quemadmodum libro .4. declarabitur, & prima litera intēdi non potest, nisi præfixione alterius, necessario assumit he, uidelicet in usum fortificandæ literæ dagessatæ, ut הִכָּשְׁבוּ.

11 Ideo futura, quis loco imperatiui usurpantur, quia dagessatæ literæ aliquā ex אית״ן p̄mittunt, q̄ antecedēte dagges uim literę suę facile adauget, he nō assumūt.

12 Infinitiuus gradus, abiecto nun in dagges primæ substātialis, & adsumpto he cum hireck, propter dagessatā literā fortificandam, per omnia consimiliter imperatiuo formatur, ut הִפָּקֵד.

13 Vltima syllaba in zere terminat̃, quod in constructione in sægol uertitur, ut הִפָּרֵד לוט.

14 Si prima gutturalis est, reiectū nun zere sub he indicat, ut הֵאָכֵל.

15 Qua forma he excluditur per lr̃as בכלם cum zere pariter punctatas ut בֵּעָיִף idest בִּעָיִף. Nam si prima esset dagessabilis, בכלם hireck obtineret.

16 Quod si ככלם accedit, tum he nūc relinquitur, nunc excluditur. Verum sub Mem nunquam deperit, quod post se alioqui dages requirat, nec habeat præterea, quo defectum literæ he declaret.

De uirtute significandi uerbi passiui, coniugationis primæ.

17 נִפְעַל passiuum primæ coniugatiōis proprie significat passionem, tanquam ab agente receptam, ut ab אָכַל comedit, נֶאֱכַל comestus est, passionem habet à comedente, hoc est, ab actione uerbi perfecti fit ut quid comedatur.

18 Itaque ad hanc coniugationem, nisi ab actiuis formata, proprie nulla recensentur, in eam tamen etiam alia asciscūtur, non aliter atq; huius actiuæ dumtaxat tribuūt neutra, ita tamē ut actiua simul contineat, uerum ubique præter significandi regulam. Sunt autem uerbis passiuis ob id diuersę rationes significādi.

19 Primo, quędam passionem, ut modo diximus, ab agente suo recipiunt, hoc est, natura aliud agit, & aliud patitur, ut שׂ

combussit. נִשְׂרַף combustus est. ab igne enim comburente, & nõ à seipsa strues lignorum comburitur.

20 Sunt quædam uerba passiuę uocis primitiua, hoc est, quibus nullum aliud primitiuum actiuum unde formetur super est, ea significant actionem, sicut actiua ut נִשְׁבַּע iurauit, נִלְחַם bellauit, נִשְׁעַן sufful ciuit, Itaq; non iniuria deponentalia nominabis.

21 Ad hęc alleguntur quę sub passiua uoce, actiue significant, quamuis etiam eorum actiuum usus agnoscat, ut psal. 17. כְּאַרְיֵה יִכְסוֹף Sicut leo desyderat. Idem uerbi sub passiua uoce Gen̄. 31. actiue legit̄. כִּי נִכְסֹף נִכְסַפְתָּה qua forma latini dicunt cœnaui & cœnatus sum.

22 Tertio loco sunt, quorum primitiua neutra sunt, ut à קָרָא וְנָגַשׁ declinãtur duo passiua נִקְרָא וְנִגַּשׁ Huius inq; generis passiua quodam modo sunt actiuæ significationis, ut 3. Reg. 1. אִם מֵאֵת הַמֶּלֶךְ נִהְיָה הַדָּבָר הַזֶּה num à rege extitit, uł exiuit uerbum hoc וְנִקְרָא בַעַל הַבַּיִת אֶל הָאֱלֹהִים & accessit & c̄. Ea argutantur Grammatici formata esse, non ab huius coniugationis Actiuo,

ſed ab actiuo ſecundæ aut tertiæ coniu/
gationis. Nam קרב neutrum eſt, à quo,
quia nihil patitur, paſſiuum deduci non
poſſit, Sed à קָרֵב & הִקְרִיב tanquam actiuis be/
ne declinetur, etiamſi uox magis finiti/
ma eſt primæ Coniugationis actiuo, ut
אֶרֶץ נוֹשָׁבֶת terra ſedetur, non à יוֹשֵׁב .i. pri/
mæ coniugationis agente, ſed ab הוֹשִׁיב
faciente ſedere, participio tertiæ coniu/
gationis actiuo uenit, ideo propriiſſime
per habitatur exponitur, quòd ſit qui fa
ciat eam inhabitari.

23 Quarto ſunt paſſiua formata ab acti/
uis, ſed ſignificatione neutra, more uer/
borum, הִתְפַּעֵל cum quadam reciprocatio
ne, quod Grammatici ſic eloquuntur,
נִפְעַל יִתָּכֵן מִבִּלְתִּי פוֹעֵל אַחֵר cuius inquam paſſio
effecta eſt citra alterum, ab ipſo paſſo a/
gẽte, ut à שָׁמַר cuſtodiuit, uenit נִשְׁמַר 2. Re
gum. 20. וַעֲמָשָׂא לֹא נִשְׁמַר hoc eſt, ipſe ſui cu/
ſtodiam parum habuit, ſe non obſerua/
uit, ſibi nõ cauit, uidelicet à gladio Ioab
quemadmodum exponeres הִשְׁתַּמֵּר præte
ritum quartæ coniugationis. Nam idẽ
Amaſſa & agit & patitur hoc loci ſui cu
ſtodiam, Leuit. 25 וְנִמְכַּר & uendidit ſe ti,

necessitate cõpulsus, Rut 3 וַיֶּחֱרַד הָאִישׁ וַיִּלָּפֵת & exterritus est uir, seq; amplexus est.

DE Impatiuo illorũ quatuor modorũ.

24 Verba passiua, quæ suam passionẽ ab agente recipiunt, imperatiuo carent.

25 Reliq tres modi impatiuũ hñt, ut הִנָּגֵשׁ הִשָּׁעֵן De impatiuo passiui, q̃d recipcã quãdã passionẽ significat, exẽpla Ge. 13 הִפָּרֶד נָא מֵעָלָי & diuisus esto (tuapte spõte) obsecro à me. deiñ Ge. 31 וַיֹּאמֶר לוֹ הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן תְּדַבֵּר וגו Et dixit ei, caue tibi ne forte loq̃ris &c̃. Deu. 24. הִשָּׁמֶר בְּנֶגַע caueas tı̃ à lep̃, Iud. 13. וְעַתָּה הִשָּׁמְרִי נָא Itẽ ibidẽ futurũ loco imperatiui אֶל הָאִשָּׁה תִּשָּׁמֵר

DE SECVNDA Coniugatione.

Cõmunia Actiuo & Passiuo.

1 Secunda cõiugatio per dagges scd'ę lræ insulcitũ cõstituitur, ut פִּקֵּד & פֻּקַּד

2 Quodsi altera radicalis fuerit una ex his tribus ערא fermè dagges in punctum primæ literę radicis propellitur, Nam ubi hireck esse deberet, id in zere trãsit, ubi aũt patha, ibi eius lõga, uidelicet kamecz, recipit. ut בֵּעֵר pro בִּעֵר & מְבֹעָר p̃ מְבֻעָר uerũ scias aliquando ĩueniri, sine relato dagges, ut Trhen: 3. נִעֵר מִקְדָּשׁ

3 He & heth, quãuis & ipsę gutturales, at/
q; inidoneę sunt ad dagges, uim dagges
in punctũ primæ lĩæ repellendi plerũq;
non obtinent כִּהֵר

4 In uerbis quĩtæ coniugationis idẽ ius ẽ.
Nã priores tres, p punctũ zere priæ sub
stantialis dagges referũt, posteriores ue
ro duę ferè non referunt, iuxta canones
supradictos, ut יְנַחֲמֵרִים

De formatione graduũ actiui
Secundæ Cõiugationis.

5 Primam literam præteriti hireck inspi
rat, alteram tertię personę singularis nu
meri frequentius zere, ut פִּקֵּד iuxta ratio
nem secundi Canonis iam dicti.

6 Inuenitur sub altera tamen sæpenume
ro patha, ut Thre.2. שִׁכַּח בִּלַּע אִבַּד וְשִׁבַּר בְּרִיחֶיהָ
Iob 23. הֵכַן

7 Tertia persona fœminini generis, singu
laris numeri, & tertia pluralis sub dag/
gessata, habent seua motum, ut פִּקְּדָה פִּקְּדוּ

8 Reliquæ personę utriusq; numeri & ge/
neris, alteram illam radicis pathussatam
retinent, ut מִהַרְתָּ מִהַרְתִּי & c̃.

De Participij præsentis & prę
teriti formatione.

9 Participium præſens, & præteritum, præmiſſo mem, cum ſeua formantur, à tertia perſona uerbi p̃teriti, ſed hoc ſub prima kibucz, illud patha aſſumit, ut מפקד participium præſens, & מפקד participium præteritum eſt. Signum memoriale præceptionis eſt מפ מפ. Appendix. Obſeruato tamen canonẽ ſecundũ. Nã ſi media fuerit indageſſabilis, loco kibucz holem aſſumit. ut מכונן.

10 Participium præſens ſecundã ſubſtantialem in ſingulari maſculino per zere, ut מפקד. In reliquis uero utriúſq; numeri caſibus per ſeua enunciant, ut מפקדה מפקדים.

11 Participium præteritum, ſub altera ſubſtantiali ubique ſeruat kamecz, ut מפקד מפקדים.

Imperatiui formatio.

12 Vniuerſum imperatiuum primã eſſentialem per patha inſpiratam, & in ſecunda perſona maſculina, ſingulari, ſub altera quæ dageſſata eſt, zere cuſtodit, ut דבר פקד.

13 In fœminino genere ſingularis, & maſculino pluralis numeri, ſub alteram ac

cipit ſeua, quod ob dages conſonat, ut פִּקְדִי פַּקְּדִי.

Animaduerte tamen, pluralem fœmini ni generis, ſeua daggeſſatæ iterum con uertere in zere, ſeua ſub tertia quieſcen te פַּקֵּדְנָה.

De Infinitiuo.

14 Cum imperatiuo infinitiuũ conuenit, ut פַּקֵּד.

15 Quod punctis ita manẽtibus בכלם ſuſci pit, quare tres בכל per ſeua, & mem ꝑ hi/ reck punctatur, ut לְפַקֵּד כְּפַקֵּד בְּפַקֵּד & מִפַּקֵּד.

Declinatio futuri.

16 Futuri conſtituendi ratio hæc eſt. Præ mitte imperatiuo literas איתן cũ ſeua ſim plici, pręter aleph, quod hatephpatha re tinet, & abſoluiſti futurum, ut אֲפַקֵּד יְפַקֵּד נְפַקֵּד וְגו׳.

Commune de futuro.

17 Vbicunq; participia per mem forman tur, præterquam in uerbis actiuis tertiæ coniugationis. Futurum fit ex impera- tiuo præpoſitis literis איתן cum punctis quibus mem ſonuit. Quod catholicum tene ꝑ omnes coniugationes & claſſes:

De ſignificatione uerbi actiui ſecundæ coniugationis.

18 Quatuor genera uerborum huius coniugationis reperiuntur. Nam ſunt, quę primã coniugationẽ nõ ingrediunt̃, cui coniugationi ſignificatu tamen conueniunt. Nam actiua in alterũ, ſiue tranſitiua habentur, ut Eccleſiaſtis. 12. אזן תקן nam Rabi Salomõ ita exponit אזן idest aures fecit ad legem, ſicuti uaſi leui aut rotundo, anſulę, quibus capiatur, adfingi ſolẽt. Et Targum Ioſeph ait ibidem, Salomonem non ſolum uirum prudentiſſimum nominatũ, ſed & dediſſe ſe, ut ab eruditis populi Iſrael erudiretur. Quam eſſe periphraſim ubi אזן uoluit. Ad hæc תקן ſic circumloquitur Targũ eiuſdem. Compoſuit libros ſapiẽtiæ & parabolarum, adeóq; cyclopediam abſoluit. Et Rabi Salomon, præſcripſitq; quatenus onera intra ſabbatum ferẽda ſũt, rationẽ aquas luſtrandi inſtituit, & prohibitos à lege gradus in ulteriorem quẽlibet extẽdit. Hæc Rabi Moſes. Sic em̃ illi referunt ſuas δευτερώσεις, uſque ad Salomonem, immo ad Moſen uſq; authorẽ.

At quãtum tua intereſt, hinc intelliges. in utróq; uerbo ſignificationẽ uerbi leuis. &c. Tametſi primam coniugationum nunquam ſubeunt, non enim dicitur אֻזַּן וְתֻקַּן.

Secundo ſunt huius coniugationis acti
19 ua, quæ in priore etiam inueniuntur,
ſed neutraliter, ut הָלַךְ ambulauit, שָׁכַן
iacuit, quieuit. Ea ſub hac coniugatione fiunt tranſitiua in alterum. Pſalmo 84. אֹהֶל שִׁכֵּן בָּאָדָם tabernaculum extendit, uel iacere facit, uel potius iuxta Targum Ionathæ, habitationem ſuam fecit tabernaculum inter homines. Iob 24. Poſtquam dixiſſet de his, qui pauperes expoliant, prætextu exigendi debiti, mox ſubijcit, עָרוֹם הִלְּכוּ בְּלִי לְבוּשׁ idest, nudos incedere fecerunt ſine ueſtitu. Summa eſt, huius generis uerba exponenda, more uerborum tertiæ coniugationis, ideſt uerborum הִפְעִיל, cum aliqua amplificandi ſignificatiõe, quẽadmodum infra trademus.

20 Tertio, ſunt quę à neutris primę coniu
gatiõis declinata, neutra manẽt, ui dumtaxat fortificandi ſignificatũ primitiui

aſſumpta, ut Ezechielis .16. ושערך צמח & crinis tuus floruit, neutraliter, ſicuti צמח niſi ꝙ intendit actum florendi

Quarto. Sunt uerba huius inflexionis actiua ab actiuis primę formata, quibus cum per omnia conueniunt, præterꝗ ꝙ daggeſſata, ſupra leuia, uim addunt fortificandi eundem actum uerbalem, & q̃ſi perpetuitatem aliquam, atq; conſtantiam actioni indunt, Exemplis aliquot rē ſanè obſcuram, dilucidam reddemus. רדף perſequutus eſt, ſimpliciter non explicato temporis ſpacio, neq; perſequētis aſſiduitate, hinc רִדֵּף uerbū huius coniugationis, quod ſignificat, intento ſtudio perſequutus eſt ad terminum uſq;, citra intermiſſionem. Oſeæ ca.2. וְרִדֵּף אֶת מְאַהֲבֶיהָ וְלֹא תַשִּׂיג אוֹתָם Et perſequet̃ amatores ſuos, nec eos apprehendet. Hic uerbum ſecundæ coniugationis וְרִדֵּף & perſequetur, magnitudinem pœnæ præuaricatricis Iſraëlis innuit. Quia Iſraël deſiderium potiundi ſuis corruptoribus, longe omnium impatientiſſimum habuit, illos anxie perſequendo, ne quando liberum faciat interſiſtendi. Quod ſi ſcri

ſi ſcriptum eſſet ורדף & perſequetur. &c. frigide amantis adfectũ ſanè intellige= res, ſiquidem impudẽter, quæ amicũ in ſectetur, ſed ſpe fruſtrata mox animo fa tiſcat, atq; obijciat inanem ambiendi la borem. Verum hoc loci ורדף immiſſo da ges ſecundæ radicis, exaggerata eſt uis uerbi, ut accipias Iſraelem correptum li bidine in infinitũ rapi poſt amatores, q ſeſe contumelioſe faſtidienti, quos nihi lo ſecius ardeat captétque, etiam exem= pta iam ſpe fruendi.

22 פתח aperuit, uerbum graue, פתח aperuit, & patulum reddidit, tanquam non clau dendum iterum, aut quod indies magis atq; magis aperiatur pateátq;, ut Cañ. 7. פתח הסמדר aperuerit ſe gẽma uitis, hoc eſt, germen uillis inuolutũ ſe explicat. quæ quidem gemma aperta ſe non recludit, ſed aut exareſcit, aut ꝓfert in ſolidũ ger men, uſque dum in fructum & botrum matureſcat.

23 Item שלח uerbum leue Geñ. 32. וישלח יעקב מלאכים לפניו Et miſit nũcios Iacob ante ſe, quos quidem nũcios abmandauit, ut re uerterentur, & reuerſi ſunt. Inde שלח di

misit à se uoluntate constanti, ceu nunquam recepturus Deute. 24. de repudiante uxorem legit, ושלחה מביתו & à domo sua eā dimittat, ne sit ius, uel successore marito mortuo, eam amplius recipiēdi. Sic enim deus lege cauit, ad coercendā, opinor, leuitatem Iudęorum, nunc reijcientium, nunc reuocantiū uxores, quā quidem inconstantiam scortationi dominus æquat. Traditionibus suis hanc legem, ut omnia diuina, Iudęorum Rabini multifariam uiolarunt. Sicut uidere est in Rabi Ebeno Esdra, qui facultatem dat eiectā recipiēdi, si non caussam eiectionis, uerbis est bis testatus inter libellum repudij consignandum. Tantopere ad externa legem cogunt, quæ spiritualis est, ut unius uoculæ tinnitus, aut eximat, aut includat imperio diuio. Huiusmodi argutijs eneruarūt legis seueritatem Rabini Iudęorum. Adeo sibi licere uult ubiq;, quicquid libet, insolens hominum pertinacia. Hæc obiter attingo, ne præter exemplū putes, Antichristi colluuiem, in Euangelium, tāta libidine digrassatam. Idem uerbum graue

legitur Exodi.14. ויאמרו מה זאת עשינו כי שלחנו את ישראל מעבדנו abeuntibus Israelitis Aegyptij dixerunt. Cur istud designauimus? Quid dimisimus Israelem ex seruitute nostra? Sic enim esse dimissos arbitrati sunt, tanquam spes non esset unquam reuersuros. Item, וְחִזַּקְתִּי אֶת לֵב פַּרְעֹה. Et obdurabo cor Pharaonis, scilicet nunquam ad mollitudinem conuertendum. Et cetera id genus exempla per te obseruabis.

24 Summa est. Huius coniugationis, cuiuscunque generis uerba frequentiam, intentionem, atque adauctã uim uerbi significant, nam huiusmodi immutabilitatẽ quam modo explicauimus, fortassis nõ ubique reperies. Eximantur uerba primi generis, quę in priore coniugatione non inueniuntur, eáque uerbi leuis significantiam omnino referunt, ut דִּבֵּר שִׁבֵּר, & id genus alia.

25 Quinto sunt quædam uerba huius ordinis recepta scripturę in cõtrario significatu, q̃ uidelicet à noĩbus deducta, cõtrarium illis ex diametro significant. Nu.4. וְדִשְּׁנוּ אֶת הַמִּזְבֵּחַ deponãtque cineres ab

altari דֶּשֶׁן cinis, & eius uerbū graue דִּשֵּׁן expurgauit à cinere, quod alioqui cinerē facit potius significare haberet. Iob. 31. וְצֶאֱצָאַי יְשֹׁרָשׁוּ progenies mea eradicet, tametsi compositæ coniugationis est. Et infra. וּבְכָל תְּבוּאָתִי תְשָׁרֵשׁ & omnia eradicans genimina. Ita enim utrunque locū uulgo uersū legimus, שֹׁרֶשׁ radix שֵׁרֵשׁ eradicauit, extirpauit, per sensum à contrario. Et apud Esaiam alicubi à סעף fronde מְסָעֵף פֻּארָה hoc est, frondes abstrinxit. Aduerte tamē non liberum esse similia uerba effigendi, sed quę eiusmodi apud scripturam usurpata inueneris, retinenda sunt.

26. Quando uaf commutatiuum ipsi iod יִין antefertur, si est uerbum huius coniugationis, primam literam radicis per patha aperit, ut וַיְשַׁלַּח. Si uero uerbum leue, per seua quiescens eandem literā primam radicis connectit priori uocali, ut וַיִּשְׁלַח Gen. 8. וַיְשַׁלַּח אֶת הָעֹרֵב. & emisit coruū certe de reditu nihil cogitās, q̄ ex absente cessantéq; cōiectare, num aquæ desijssent, cōsiliū illi fuerit. Eadē rōne postea & alterū coruū, parit & colūbā emisit.

27 Sexto, sunt nonnulla cōmunia, hoc est, quæ actionem & passionē pariter significant, pro diuersitate constructiōis. ut פִּתַּח legitur Can. 7. passiue, ut פִּתַּח הַסְּמָדַר, actiue autem Esaię. 20. לֵךְ וּפִתַּחְתָּ הַשַּׂק item רִוָּה passiue Esaiæ. 34. רִוְּתָה בַשָּׁמַיִם חַרְבִּי actiue autem, ut וְרִוֵּיתִי נֶפֶשׁ הַכֹּהֲנִים דָּשֶׁן.

De uerbo passiuo secundæ coniugationis.

28 Kibucz infra primã, aut interim uaf sureck, & sub altera patha, pręteritum perfectum passiuum secundæ coniugationis constituūt, qđ uocāt פֻּעַל נִפְעַל כָּבֵד aut פֻּעַל.

29 Deductitiæ personæ declinant̃ ꝑ omia sicut eius primitiuū, ut פֻּקַּד פֻּקְּדָה פֻּקַּדְתָּ וגו.

30 Participiū præsens huic simile est, mutato tantum patha literæ secundæ in kamecz, ut פֻּקָּד פֻּקָּדִים.

31 Participium præsens quidã non agnoscunt, nimiꝝ qui ad disputandū promptiores sunt, iccirco duobus exēplis declarabo, participialiter inuēiri, ut Exo. 3. וְהַסְּנֶה אֵינֶנּוּ אֻכָּל & rubus non est consumptus, quod participiū est, etiamsi in periodo patha alioqui in kamecz cōmutatur. Id cognoscitur ex אֻכַּל Iudicū. 13.

מה נעשה לנער היולד Quid faciemus cum pu
ero nato?

32 Participio præterito & imperatiuo ca
ret, qđ generale est in quibuslibet passi=
uis recipiẽtibus passionẽ suã ab alio, eo
ꝙ in secũda & tertia coniugatiõe passi=
ui, hos gradus haud reperies. Causam
cõmentantur subuanidam. Verũ certo
scias usu scripturæ nusꝙ reperiri, neque
imperatiuum neque participium præte
ritũ, quẽ uel ꝑter rationẽ seq̃ndũ duco.

33 Infinitiuum cum בכלם nunꝙ inuenies,
uerũ interim citra בכלם reperiť, his pun=
ctis, priori uidelicet kibucz, & alteri ho
lem imponit, ut Gene. 40. גֻנֹּב גֻּנַּבְתִּי.

34 Futurũ habet יוד cũ seua, sicut primiti=
uũ, & primã radicis ꝑ kibucz. אֻפְקַד יֻפְקַד

35 Quod si altera radicis fuerit גער, sequiũ
tur tum rationem supra delibatam, & la
tius explicandam libro quarto.

Actiuum tertiæ coniugationis.

1 Tertia coniugatio, quam הִפְעִיל de more
uocant, à uerbis actiuis primæ, & quan
doque secundæ coniugationis formať,
ut Gene. 11. וַיַּעְתֵּק מִשָּׁם הָהָרָה.

2 Cuius litera characteristica est he, ad ca

put, & post alteram substantialem iod, præcedente puncto hireck, quod ob id grammaticis hireck magnum dicitur.

3 He autem ad caput præfixum, quod nominamus he uerbi hiphil, hireck seruat. Et dum prima radicis est una ex gutturalibus, sægol occupat, ut הִפְקִיד הֶאֱכִיל.

4 He hiphil, & iod epenthesin, tertiæ personæ utriusq; generis & numeri seruāt, ut הִפְעִיל הִפְעִילָה הִפְעִילוּ.

5 Sub prima autem gutturali seua omnino ponit, ut הִשְׁלִיךְ, nisi gutturalis esset, quæ requirit aut sægol, ut הֶעֱרִיךְ, aut etiā seua, ut הֶחְפִּיר.

Reliquæ personę omnes, excluso iod, à uerbo perfecto patha mutuant, he ante primam radicis reseruata, הִפְקַדְתָּ וכולי.

6 Inuenit he hiphil in taph & in aleph mutatum, ut תִּרְגַּלְתִּי אֶגְאַלְתִּי.

7 Vtrunq; participium format mem præpositum, excluso he hiphil.

8 Presens qdē participiū apit p patha, ad he elisum significādū, alioqui enim p seua punctari solet, ut à uerbo הִכְנִיעַ si integre formas, fit מְהַכְנִיעַ, sed exempto he, patha sub mem commigrat, ut מַכְנִיעַ.

9 Patha, ſegol & hireck, iuxta ordinem expoſitum, in fœminino deſito per he, & in utroq; genere, in plurali numero cuſtodiantur. מעיר מעירה מעירים מעירות

10 Fœmininũ utriuſq; participij, ſex punctis ſcribitur, ut מזכרת מכבדת

11 Participium autem præteritũ, ultra he etiam iota amittit, puncto Sureck ſub mem adſumpto, in monimentum he ablati alteram autem radicis kamecz plerũq;, & interim patha inſpirat, ut מפקד & משכב nam integre diceretur מהופקד

12 Mem pro puncto ſureck, quandoq; ſuſcipit, aut hatephkamecz, ut משור aut hireck, ut משתק

13 Prima radicis poſt Mem utriuſq; participij, ſub puncto ſeua quieſcit, ut מפקיד מופקד

14 Quæ ſi gutturalis eſt, corripitur, in actiuis quidem per hatephpatha, ut מעביר, in paſſiuis aũt per hatephkamecz, ut מעמד

15 Et hæc cōphenſio מפ מופ utriuſ'q; participij memoriam continet.

16 Imperatiuus ſub he patha, & ſub ſecunda radicis zere, iod exempto, retinet. ut הפקד Eodem modo, ſecunda radicis, ſub

tertia perſona pluralis numeri punctat. הַפְקֵדְנָה

17 Quod ſi he paragoge additur, tum recepto iod, zere in hireck uertitur, ut הַפְקִידֶנָה

18 In plurali maſculino, & ſingulari fœminino, hireck cum iod epentheſi ad ſecũdas pſonas parit aſſumit, ut הַפְקִידִי הַפְקִידוּ

19 Infinitiuus, ad diſcrimẽ perfecti uerbi, he cum patha & zere ſub altera, ſine iod epentheſi retinet, ſicut imperatiuus, ut הַפְקֵד Quod ſi aliquam ex literis בכלם pręfixeris, iod cũ hireck reaſſumit, ut לְהַגְדִּיל

20 Literę איתן pręfixę cum patha, he diſcretiuam huius coniugationis depellũt, ut אַפְקִיד dicendum enim regulariter אֲהַפְקִיד & יְהַפְקִיד. Ideóq; in ſignũ excluſi he, punctum patha ſub איתן transfertur.

21 Et prior ſubſtantialis ſeua obtinet, altera autem, uel hirek cum iod, uel, hoc exẽpto, zere, ut יַקְרִיב נִחֲרָם qđ rurſus ſequente makef, id eſt, uirgula unionis in ſegol tranſit, ut יַפְקֶד־לוֹ

22 Vltima gutturalis, in tertia perſona q̃n dóq; patha habet, ut הִצְמִיחַ אוֹ יַצְמִיחַ

23 Vbi'q; iod manet, excepta ſecunda & tertia plurali fœminina.

24 Sunt tamen qui ſub altera ſeua habent iod excluſo, ut יַעֲשִׁרֶנּוּ ידבקו

De ſignificatu uerbi Hiphil,

25 Differunt ſignificatu, tertiæ coniugationis uerba, Nam prima ſunt ab actiuis tranſitiuis formata, quæ huc proprie ꝑtinent, quorum ſignificandi poteſtas, tribus rebus abſoluit, ut הִפְעִיל fecit facere, quod uerbi pariter amplectitur.

Primo מַפְעִיל ideſt, eum qui fecit, aut qui fecit ut alius quiddam faceret, utpote, qui uim incuſſit, aut cauſſam dedit ad faciēdum.

Deinde אֶת הַפּוֹעֵל ipſū inquā q per ſe facit aut fecit, recepta nimirum facultate aut occaſione à מַפְעִיל

Poſtremo פֹּעַל ipſum opus, quod authoritate הַמַּפְעִיל induſtriáq; הַפּוֹעֵל exiſtit.

Exemplum Deut. 8. וַיַּאֲכִלְךָ אֶת הַמָּן & cibauit te manna, Vel ſimplicius ſic. & fecit te comedere manna. Huius uerbi. הֶאֱכִיל radix eſt אָכַל comedit, quod eſt uerbū actiuum, cuius ſignificatio hominē qui comedit, uel cibum qui comeſtus eſt, continet. Inde fingitur הִפְעִיל ut הֶאֱכִיל fecit comedere, cuius uirtus ad tria patet, ad eū

qui fecit comedere, qui comedit, & ad id quod comestum est, Sicut ĩ exemplo præscripto liquet. Nam deus est מאכיל i. qui cibauit, q fecit comedere, suppeditando mannæ copiã, Deĩde Israël attritus ĩedia edit, postrẽo manna comesta ẽ

26 . Quandoquidem uero ea significatio huic coniugationi frequentior habetur Ioanni Capnioni, per quem dñs primo linguam sanctam reparandã orbi curauit, uisum est, eam fecit facere, à quodã ceu principaliori uerbo nomiare, nimirum in hoc magis affinem hebręis, qui הפעיל uocant, quam nos tertiam coniugationem dicimus.

27 Quæ formantur à uerbis neutris primę coniugationis tantum, actiua ĩ alterum fiũt, hoc est, actionẽ uerbi neutrius traducũt in secundũ, ut גדל magnus fuit הֶגְדִּיל magnifecit, cõtinet. n. עשה גדל וגדל Item קם surrexit, inde הֵקִים fecit surgere

28 Quę uero à noĩbus fiũt, aut q̃ ab alijs prioribus cõiugatõibus nõ sunt deductitia ea iuxta. 1. coniugationẽ significant, feréq; neutra hñt, ut 2. Re. 14. וַיַּשְׁכֵּם אַבְשָׁלוֹם & mane surrexit Absolom Numeri, 30. וְהֶחֱרִישׁ לוֹ, & tacuit ipsi. Threnorũ secũdo

הִשְׁלִיךְ מִשָּׁמַיִם אֶרֶץ proiecit à cœlo ad terrã. Leui,12, אִשָּׁה כִּי תַזְרִיעַ mulier quę suscepto semine.

29 Sunt & quædã à neutris declinata, quę ipsa neutra manẽt,ut Exo.15. פַּרְעֹה הִקְרִיב. Quanquam grãmatici contendant non esse neutra, sed actiua, deficeréque accusatiuum. Sic Rabi Salomon alibi וְהִקְרִיב משה & appropinquauit Moses, addit accusatiuũ, scilicet, seipsum. Et in priori exẽplo וּפַרְעֹה הִקְרִיב, subintelligũt מַחֲנֵהוּ idest castra sua applicuit. Leui.12. וְהִקְרִיבוֹ לִפְנֵי יְהוָה adiungũt ibi pullum columbæ, uel turturem. Item Psal.13. הַבִּיטָה עֲנֵנִי. respice, responde mihi.

De passiuo tertiæ coniugationis.

30 Passiuum tertiæ coniugationis, quod הָפְעַל nominant, initio retinet he characteristicam, expuncto iod epenthesi ex actiuo.

31 Tripliciter autem he istud punctatur, frequentius tamen per hatephkamecz, ut הָפְקַד. Et nonnunquam sine hateph reperitur, ut הָחְרְבָה.

32 Quandoque uero per tria puncta sonat, ut הָמְלְכַת.

33 Cæterum, quia ſymboliſmus eſt, inter kybucz & melopum, aliquando ſureck habet, maxime dum orthographia punctum magnum requirit, ſicut uidere eſt in uerbis primam per iod habentibus quieſcentem, ut הוּקַם הוּרַד De qua re libro quarto tractabitur, & infra ſub Claſſe quarta, Canone 24.

Conſequitur quiddam eſſe affinitatis aliquando inter פוּעַל & הָפְעַל

34 Participio præſenti, & præterito atq; imperatiuo carent, quod ſimiliter habet cum פוּעַל. i. paſſiuo ſecūdę cōiugationis.

35 Præterea, ſecundæ coniugationis infinitiuus infrequentior eſt, ſub he ſeruat hatephkamecz, ſub altera uero ſubſtantiali zere, ut Ezech. 16.

36 Cum literis uero בכלם nunq; inuenit̃.

37 Literæ איתן habent hatephkamecz, quē admodum ſupra de Futuro actiuo diximus. Nā ſi integre ſcriberet̃, haberet ſub he hatephkamecz, q̃d ꝓpterea anticipat̃ ad figuralem futuri.

38 Primę perſonę futuri utriuſq; numeri, haud facile occurrūt. legit̃ tñ Iob 10, מִבֶּטֶן לַקֶּבֶר אוּבָל

De ſignificatione

39 Significationis est passiuæ, sine relati one agentis, uel impersonalis, ut supra declaratum est, in passiuo secundæ con iugationis.

40 Quorum actiua à uerbis neutrius ge/ neris formantur, iuxta canonem actiuo rum huius tertiæ coniugationis, eorum passiua significant passionem ab altero hoc est, ab agēte per se susceptam, more הִפְעִל, ut קוּם surrexit הֵקִים fecit surgere, e rexit, Inde huius formæ passiuum הוּקַם erectum aut constitutum est.

41 Passiua, הָפְעַל quorum deriuata actiua sunt ab actiuis perfectis, adeóq; quæ su/ am agendi uim significant ab alio rece/ ptam esse, quemadmodum sub הִפְעִיל Ca none 25. latissime sumus ꝓsecuti, ea con similiter passionem suam ab alio patien te referūt. Tria enim ad huiusmodi pas sionum significatum coëunt, פּוֹעֵל quod agit, נִפְעַל quod primo patitur ab agente, מִפְעַל quod patitur occasione הַנִּפְעַל id est primo patientis, Exemplum Iohelis .1. הָכְרַת מִנְחָה וָנֶסֶךְ מִבֵּית יְהוָֹה perijt libatio, & sa/ crificium de domo domini, quod locu/ sta uineas inciderit, quæ incisæ, nihil ui

ni tulerunt, unde oblatio, ex noua uinea ſolita fieri, inciſa dicitur, non per ſe quidem, ſed occaſione exciſarum uinearũ, quod ſatis quidem liquet ex circumſtãtijs probe animaduerſis. Itaq; agens per ſe locuſta, paſſiuum proprie uinea quæ arroſa eſt, paſſiuum autem cõcomitans, ipſa oblatio, quæ inciſa hic dicitur, quatenus uineæ, uinum proferentes ad eam oblationẽ inciſæ, aut depopulatæ ſunt.

CONIVGATIO QVARTA.

1 Quarta coniugatio, quę & hithpaël, ex tribus prioribus conficitur. Ex prima enim radicem, ex ſecunda dagges, ex tertia he præpoſitiuum habet.

2 Taph litera characteriſtica eſt huius cõiugationis propria.

3 Dagges autem graue, mediæ ſubſtantiali, & primę dagges leue per uniuerſam coniugationem inſulcitur.

4 Primam ſubſtantialem taph antecedit proxime, niſi dum ea eſt ſvoꝛ

5 Poſt ſamach & ſchin, primas ſubſtantiales, taph diſcretiua huius Coniugationis inſeritur, ut משקיר והסכלל

Ecclesiastes 12. ויסתבל החגב Et Micheæ .6. וישתמר חקות עמרי exime שעע à quo השתעע & non התשעע quod opinor fieri caussa Euphoniæ, Hiere.49. והתשועענה בגדרות

6 Quando zadick initium uocabuli est, taph in teth, quãdo uero prima est zain, tum in daleth comutata, pariter postponuntur, ut מה נצטדק

7 Sed animaduertas hithpael à uerbis, q̃/rum prima est zain, scripturam non re/cipere, sed horũ loco passiuo primæ coniugationis, iuxta Canonem 17. passiuo/rum primæ coniugationis, utuntur.

Coniugatio eius

8 In præterito punctatur prępositiua per hireck, seua sub taph characteristica q/escit, prima substantialis pathussatur, reliqua secundũ Coniugationis naturam mutantur, ut התפקד התפקדת

9 Mem litera cum hireck, excluso he, p̃/missa ipsi taph sub seua quiescenti, con/stituit participium præsens, ut מתפקד rationem exclusi he, reperies ex hiphil, Ca/none. 8.

10 Participiũ p̃teritum non habet, quan/doquidẽ ipsũ uerbũ passionẽ significat.

Imperatiuus

11 Imperatiuus & Infinitum etiam cum בכלם nihil à præterito uariant.

12 Futurum, ſicut participium pͣſens, ad/ uentu אית״ן he excludit, & mediã radicis punctatam, per zere ſeruat, quę interim patha aſciſcit, ut Prouerbiorum.25. אַל תִּתְהַדַּר לִפְנֵי מֶלֶךְ

De ſignificatione

13 Dicunt Grãmatici hithpael eſſe אָב וְתוֹלָדָה hoc eſt, actiuum & paſſiuũ, q̊d idem pa/ tiaẽ atq; agat per ſe, adeóq; extra ipſum agentẽ, uerbi actio & paſſio inſit nemi/ ni. Itaq; confine quiddam ſignificat, q̊d uerbum, cui adiectum eſt pronomen re ciprocum. Quandóquidem actionẽ uer bi in ſuppoſitum & nominatiuum ante cedentem eſſe reflexam indicat, Gẽn.22. וְהִתְבָּרְכוּ בזרעך כל גויי הארץ per ſe benedicẽtur in ſemine tuo omnes gentes terræ, ideſt omnes gentes terræ benedictæ & lauda tæ erunt in ſemine Abraham, q eſt Chri ſtus. In Chriſto benedicti erunt, petitu/ ri bñdictionẽ, p Chr̃m petẽt, adeóq; ſeip ſos bñdici poſcent à Chr̃o & nõ aliũde, Nã q Chr̃m habet, cũ eo oĩa habet. Lex, p̃ceptũ, holocauſtũ, oblatio, figurę, quã/

tocyus Iesum Christũ ĩdueris, cõsumata simul tibi sunt. Leui.30. וְהִתְקַדִּשְׁתֶּם וִהְיִיתֶם קְדֹשִׁים. Quasi dicat, in uobis, ac à uulgaribus rebus sepositi estote, non alieno p̃sidio, nõ hypocritico fuco forĩsecus, sed uere ex uobis sanctificemini, & estote sancti ומה נפעדק Qua tamẽ ratione loquẽdi deus non excluditur, qui nostra est, & sanctitas & iustitia.

14 Peculiaris significatõ est, ut sibi res nominatiui, uim uerbi & per seipsam, & re uera inesse demonstret, uerum quandóque ex circumstantia perspicuum fit, Quemadmodum in specie tantum & imaginarie, falsáque persuasione inesse quod minime inest, quædam significẽt, sicut legitur Deut.29. והתברך בלבבו לאמר Et ne benedicat sibi in corde suo dicẽs, pax erit mihi, &c̃. Quasi dicat, ne secum falso reputet, dum se ipse simulate benedicit, ratam fore benedictionem, ac fruiturum exinde pace, in prauitate cordis obambulantem. Ad hæc expende phrasim scripturę, quanto limite distẽt בקרבו ולבבו hoc in bonã partẽ, illud secus plerũq; usurpat̃. Hic uide Rabi Sal. cõmentatorẽ

יש מתעשר ואין כל מתרושש והון רב Prouer. 13. diues cum nihil habeat, est q̃si pauper cum in multis diuitijs sit, cõmodissime redditum, quantum ad מתעשר ומתרושש attinet. Nam hithpaël significat apparentiam, & quod secus sit q̃ sibi uideat. Hic nota מתרושש uerbum compositum, siue mixtũ esse, ex hithpaël & perfecto quintæ coniugationis, sed significatum nõ uariat, uocem tamẽ aliam reddit. Vide cõmentarium qui inscribitur קבו נקי

15 Huius Canonis ratio locum habet, in uerbis dumtaxat neutris, quia actio trãsitiua, non potest nõ reflectere & redire in rem præmissi nominatiui.

16 Sunt uerba hithpaël, quæ in prioribus cõiugationibus, sub eodem significatu non reperiunt, ea omnia simpliciter accipiẽda sunt, iuxta uim significãdi priæ cõiugatõis, ut התפלל התחנן Nã catholicũ ẽ Verba q̃ in posteriore cõiugatione tantum extant, exponẽda esse iuxta primã coniugationem, ut נשבע השליך

DE CONIVGATIONE Quinta.

a Coniugatio quadrata, q̃ constat literis quatuor essentialibus, hoc ẽ, p̱ uniuersã

coniugationem permanētibus à uerbis trisyllabis formatur, ponendo post primam radicalem uaf cum holem, ut שׁוֹפֵט.

2 Verba quę literam aliquam habent quiescentem, de se non formāt quadratam coniugationē, exceptis uerbis à iod incipientibus, & in q̄bus uaf uel aleph media quiescit.

3 Nam si uaf uel aleph media quiescit, ultima duplicata constituit quadratū uerbum. Quanquam sunt qui ob uaf in primitiuo quiescens, trium tantum literarum contendant.

4 Animaduertas huius generis quadrata uerba, loco uerborum secūdæ coniugationis, utriúsque generis, usurpata esse. Vaf enim quandóquidem quiescit, admittere dages non solet. Siquidē dages in literam quiescentem nunq̄ insulcit, adeóq; tertia substantialis duplicatur, inuicem dages fortificantis uerbi naturam, ut כּוֹנֵן loco כּוּן. Sic Prouer. 8. legit, לפני גבעות חוללתי pro חֻלַּלְתִּי cōcepta erā passiue. Item Psalmo. 37. מיהוה מצעדי גבר כוננו. est præteritum passiuū secundæ coniugationis pro כֻּנְּנוּ Psalmo. 50. ויתחולל & mox,

לעבר יחולל sunt futura passiua secũdæ coniugationis à חול & חיל.

5 In uerbis similiter nõ duplicatis, sed alióqui tetragrãmatis, loco piel, idest, uerbi secundę coniugationis nihilominus accipitur, ut Osee. 13. כמץ יסער מגרן Sicut puluis turbĩe raptus ex area. Et nota holem quandóque facere uerbum quadratum, ut in hoc loco patet.

6 Coniugatio sic habet, prima semper holem, uaf quiescente retinet, ultima autẽ secundæ coniugationis actiuæ puncta & naturam imitatur.

7 In quinta classe, uaf quiescens est secunda litera substãtialis, & postrema geminatur in uicem dages, quod aliàs coniugationi secundæ ad mediã ponit̃, cuius uaf quiescens non est capax.

8 Vtraque participia mem cum seua, more piel, format. Præsens quod habet ultimam per zere, ut Esaie. 58. משובב נתיבות Præteritum autẽ per kamecz. Idem. 53 מחולל מפשענו.

9 Imperatiuus & infinitiuus similes sunt p̃senti, & illius condeclinia, puncta uerbi piel, præter holem primæ, imitantur.

20 Infinitiuum literis ככלם Futurum lite יכלם ficut participia, more fecundæ cõiu- gationis, feua poftulant. Paffiuum uo- ce in reliquis nihil differt ab actiuo, Nã ijfdem punctis, nunc actiue, nunc paffi- ue fignificat, quẽadmodum Media uer ba apud græcos. Nam Pfal. 37. de quo paulo ante diximus מיהוה מצעדי גבר כוננו le- gitur in ṽbo huius ordinis כוננו kamecz loco feua, propter periodum aut termi- num orationis. Alibi autem actiue, ut כוננו חלם Item מוללה ירדי actiue כארץ קדמות מוללי paffiue accipitur, punctis interim, inq;, nihil mutatis.

DE CLASSE, Vltimo accidente uerbi.

De quinq; Coniugationibus dictum eft, per quas uniuerfitas uerborum defle ctitur, funt tamen, quæ à præfcripta ra- tione coniugandi quiddam uariant, cu- iufmodi iam declarabo.

Accidit igit̃ uerbo fegregatio in fex fe ctiones q̃s בנינים nos claffes, ceu ordines uerborum, nominamus.

Claffes fex.

1 Prima eft uerborũ perfectorũ, Secũda

defectiuorum, Tertia duplicatorum, reliquę uero tres, unam literam habent quieſcentem, Quarta primam, Quinta ſecundam, Sexta ultimam ſubſtantialē ocioſam retinet.

DE CLASSE Prima.

Prima igitur Claſſis eſt uerborum perfectorum, quæ tribus literis conſtant, in exemptibilibus quidem p omnes quinque cōiugationes, ut פָּקַד Nam litera nulla cadit coniugando. Ea declinantur iuxta canones cōiugationū quinq; prædictos, q, ppterea ṽborū perfectorū dicūt. Reliquæ omnes, aut reduplicationē, aut diminutionem alicuius literæ per dagges, uł citra dagges, ſub certis gradibus quoq; recipiunt, ſicut ex conſequentibus cognoſces.

DE CLASSE ſecunda.

Nā ſecūda claſſis eſt q̄ ſub qbuſdā gradibus, primā abijcit ſubſtantialem.

Sunt aūt potiſſimum uerba triſyllaba, à nun & iod incipientia. De nun deficiente notabis ſequentes Canones.

Primę cōiu: p̄teritū, partici: p̄ſens & partici: p̄teritū, ſequūt̄ filū ṽbor̨ pfector̨,

quia capitis nun non amittunt.

2 Imperatiuum ferè integrum est. Pro.10.
נְצֹר בְּנִי ĩterim aũt cadit nũ, tũ uarie effert,
ut Secunda psona singulari גַּשׁ גּוֹשׁ גַּשׁ
Secunda plurali גְּשׁוּ גּוֹשׁוּ
Singľari fœmi: gen: Rut. 1. גּוֹשִׁי הֲלֹם
Plī fœminini generis. גַּשְׁנָה גּוֹשְׁנָה גַּשְׁנָה
Item apud authores legitur גַּשְׁנָה cuius/
modi tradere non est, neq; facultatis, ne
que instituti mei.

Ex gradu imperatiui repete huc, he lite
ram Imperatiuo esse appendicem sæpi/
us, ut גְּשָׁה

3 Infinitiuum sæpe integrum est, more p/
fectorũ, ut Gen: 12. הָלוֹךְ וְנָסוֹעַ Quandóq;
uero reiecto nun, parelcon taph asciscit
sex punctis, id est duobus segol subscri/
ptis, ut גֶּשֶׁת

4 Futurum plerumq; defectiuum est. Al
tera litera impletur, puncto dagges, in si
gnum absentis nun radicalis, Atq; eadē
aut per patha, aut per holem sonat, ut
יִגַּשׁ תִּגַּשׁ & יִפּוֹל תִּפּוֹל Inuenitur alicubi citra
elisionem nun, ut psalmus יִנְצוֹרוּ יִקְרְוּתוּ

5 Præterea integre legitur, quoties altera
fuerit gutturalis ut Pro. 9 וְלֶחֶם סְתָרִים יִנְעָם

Item Iob.6.. הֲיִנְהַק פֶּרֶא .

6 Quandóq; tamen dum gutturalem, nun antecedit, ſub literam aliquam ex צירי in punctum zere protruditur, ut Ruth. 1. וַתֵּהֹם כָּל הָעִיר & uelox per urbem fama percrebuit.

7 Paſſiuum primæ coniugationis, præteritum uerbi, & participium præſens per defectum nun radicis, imperatiuum autem, infinitum & futurum integre, ſicut uerba perfecta, format.

De reliquis coniugationibus ſecundæ claſſis.

8 Secunda coniugatio, tam actiua quàm paſſiua, more perfectorum, citra abiectionem nun formatur. Nam ſi nun abijceretur, per dages mediæ literæ declarandum foret, quæ modo ex natura cõiugationis dageſſata eſt. Præterea duo dages neque in unam literã coire, necq; unũ dages diuerſa ſignificare ſuſtinet.

9 Hiphil & hophal .i. coniugatio tertia, tã actiua quàm paſſiua, præciſo nun, & altera litera puncto dages intẽta fit, & preterea ſicut uerba perfecta declinatur.

10 Quadrata coniugatio, retẽto nun, quod

ob mediam alióqui dageſſatā abijci nequit, nihil diſcedit à formis perfectorꝝ.

De Iod defectibili claſſis ſecundæ.

11 Verbum cuius prima eſt iod, & zade altera litera radicis, cenſet̃ eſſe huius ordinis, nam abiectũ iod dages declarat, ut Hiere, 1. בטרם אֶצָּרְךָ בבטן, & Pſalmo. 139. וְאַצִּיעָה שאול הנך ſi deſcẽdero ĩ infernũ ades.

12 Quandocunque igitur zade in diſſyllabis inuenitur citra dages, non eſt ut tentes iod pręponere, tum em̃ zade erit prima radicis, ut Pſal. 239. Pauca tñ ſunt q̃ mediam zade habẽt, & iod abiectũ per punctum zere repræſentant, ut אֶצֵּג יַצֵּג. Qđ tanq̃ ſingulare quiddã annotabis. Itẽ interdũ, citra notã aliquã, ſi codicũ fides non fallit, ut Gene. 23. וַיִּצֹק שֶׁמֶן.

13 Præterea duabus lr̃is tm̃ relictis, ſi prior ſine dages fuerit, ſemper iod, & nũq̃ præpones nun, excepto נס à uerbo נסע, à quo nun ſimpliciter interim adimit̃, abſque dages ueſtigio ſui. Vbicunque prior duarum literarꝝ dages habuerit, ꝑ nun pręfixũ ternariũ abſolues, excepto ויתיצבו הקימו q̊d à ṽbo יקק ueit יִקְמוּ עָלַי pſal. 16

14 Vnum omnino uerbũ à lamed incipit,

quod naturam huius claſſis imitatur, ut לקח Exo. 12. ומן העזים תקחו aliquãdo uero citra dages lamed excidit, ut ibidẽ. ויקחו להם איש וגו׳ & aliàs frequenter. Grammatici aſſeuerant, quia lamed à capite non eſt exemptilis, futura huius generis deduci à נקח uerbo inuſitato, cuius loco in aliis gradibus à futuro לקח uerbum ſanè integrum obtinuerit.

De reliquis coniugationibus ſecundæ claſſis.

15 Vtraq; coniugatio tertia defectiue formatur, & inflectitur alióqui iuxta canones uerborum perfectorum.

16 Quarta coniugatio pariter & quinta, ſi hinc fit, ut in perfectis coniugatur.

CLASSIS TERTIA.

1 Tertia claſſis eſt uerborum triũ lrãrũ: q̃ eędẽ poſt primã gemiatę exiſtũt, ut סבב.

2 Sunt quæ uel primam geminant, ut דדה uel qbus primo & poſtremo loco eadẽ repetit̃, ut עלע. Eiuſmodi aũt nõ ſũt tertiæ ſed primæ, qa integrarũ rationẽ imitantur, ut Eſaie. 8. אדדה Iob. 39. ויעלעו דם.

3 Pręterea huius claſſis duplicia, quãdóq; ad canones perfectorũ integre declinãt. ut סבב סָבַבְתָּ.

4 Frequẽtius tñ prior duplicata in dages posterioris cõiugãdo cogit̃, ut סַבּוֹתָ סַבּוֹתִי

5 Prima aũt, si defectiue duplicatũ uerbũ inflectis, punctãda uenit per patha, propter dages proximæ lræ. Canon em̃ est, post kamecç dages nũq̃ cõsistere posse.

6 Habes igit̃ discrimẽ huius classis à quinta, q̃ kamecz retinet sub prima, ad significandũ mediũ uaf esse elisum, ut סַב סָב.

7 Participia præsentis temporis, ut præteritum uerbi, patha habent, ut סַב סַבִּים. Inueniunt̃ tamen per kamecz aliquando, quod tamen in plurali ad patha conuertitur, ut Iob.1. ההוא תָם וישר in p̃rali תַּמִּים.

8 Nota Geñ.6. נח איש צדיק תָּמִים cum kamecz citra dages, singularis numeri, in plurali habet תְּמִימִים sicut חָסִיד חֲסִידִים.

9 Participiũ p̃sens fœminini generis habet accentum in penultima, uerbum autem fœmininum in ultima.

10 Participium passiuum tantum integre formatur, ut שָׁדוּד.

11 Imperatiuus & infinitiuus, si deficiunt litera, holem habent, ad discrimen præteriti & pticipĳ, ut Cañ.2. סב דמה לך דודי לצבי

12 In condeclineis imperatiui post holem

dages ponitur, cum accentu in priori. Esaię.23. סֹבִּי עִיר.

13 In futuro יָסֹב per kamecz punctat̃, posito in prima radicis holem, & dages in altera.4.Regũ.3. וַיָּסֹבּוּ דרך שבעה ימים. Legitur etiam citra holem, ut Genesis. 39. והנה תְסֻבֶּינָה אלמתיכם, ꝑpter dages sequẽtis.

14 Prima radicis quandóque dages habet, in futuro, ut יִתּוֹם יִדּוֹם.

De passiuo tertiæ classis.

15 Nun passiui nota kamussatur, ut Num. 34. וְנָסַב הגבול. Prior autem radicis habet, aut patha, aut zere, aut holem.

De patha exemplum. ut וְנָסַב לו אתך בעני יהוה, Sub termino orationis in kamecz uertitur, Exo.16. ויחם השמש וְנָמָס.

De zere, ut Psal.21. כדונג נָמֵס בתוך

De holem, sed ĩ plurali, ut Esa.34 וְנָגֹלּוּ כספר

In singulari ab authoribus quoq; usurpatum esse constat, ut à מסך uenit נָמוֹךְ

16 Sunt & passiua, quæ priorem radicis ꝑ seua habent, more primę classis, sed pauca admodum. Esa.19. וְנָבְקָה רוח מצרים בקרבו. pro וְנָבַקָּה à uerbo בקק Zach.14. וְרָאֲמָה ונסבה. pro וְנָסַבָּה Iob.10. נָקְטָה נפשי. pro נָקֹטָה.

17 Tertia ꝑsona singularis numeri, dages absentis geminatæ notam non habet, in reliquis autem personis perpetuo insulcitur. Gene. 19. נָסַבּוּ עַל הַבַּיִת.

18 Participium præsens habet, aut duo kamecz, ut. 2. Reg. 22. עִם נָבָר תִּתָּבָר aut sub altera zere. Numeri. 2. לֵב נָמֵס.

19 In plurali dages duplicatæ reiectę nota assumitur, ut Ezech. 33. הֲנַחְנוּ נְמַקִּים.

20 Imperatiuus he cum hireck forinsecus, deinde uaf cum holem postulat, ut הִסּוֹב. Inuenitur etiam per zere, & patha iuxta formam futuri, cui plerunque imperatiuus accedit, ut הִסֵּב הִסַּב.

21 Reliquæ personæ à secunda masculina, mediam habent dagessatam, ut הִסֹּבִּי הִסַּבִּי.

22 Infinitiuus assũpto he, ut imperatiuus, mediam habet sub holem quiescentem, ut הִכּוֹן. Quandoq; tamen zere obtinet. 2. Regum. 16. הִסֵּם יוֹם.

23 Futurum sub יִכּוֹן punctatur, ut perfecta & in altera holem, aut patha, præsertim si media dagessatur, requirit, ut Esa. 42. אֶשֹּׁם וְאֶשְׁאַף יַחַד Esaiæ. 17. יִדַּל כְּבוֹד יַעֲקֹב. Hic nota propter dages in prima radicis,

huiusmodi uerba nõ semper esse actiua sed quandoq; passiua, quorum dagges nun defecti signum aliquando significat, sicut ex circumstantiâ sententiæ intelligis.

25 Si prima est gutturalis ארץ per zere pũctatur. Hiere. 17. ויתן היה ולא אחטא אכי quãq; zere interim inueniatur, preter gutturalem, ut Geñ. 32. ויקע כף ירך

Animaduertas p̃terea, more uerborũ leuium punctata inueniri, ut Exodi. 15. ידמו pro ידמו כאבן

כבד tertiæ Classis.

26 Secunda Coniugatio huius classis, à p̃fectis nihil uariat, ut קלל in cuius ĩterim locum asciscunt uerbum quadratum, ubi aut duplicata, aut uaf litera, loco dagges habentur.

Hiphil tertiæ Classis.

27 He hiphil, punctum zere, & prima substantialis, aut zere, aut patha exigit, ut הסב לב atq; המר שדי לי מאד

28 Similiter tertia pluralis masculini, & tertia singularis fœminini generis, puncta post he pariter duplicant, ut הסבו הסבה Item, העמקו העמקה

29 Reliquę personę iuxta quintę classis uicesimum Canonem fiunt, nisi quod per dagges altera substantialis fortificatur, ut הסבון

30 In Participio præsenti tam litera Mem quám prima radicis, puncto zere inspirantur, ut מֵסֵב Reliquæ autem personæ hirck paruum exigũt, ut מְסִבִּים מְסִבָּה מְסִבּוֹן

31 Participium præteritum, mem surek cõstituit, quod in posterioribus personis, dagges alteri substantiali infulcit, ut מוּסַב מוּסַבִּים מוּסַבָּה מוּסַבּוֹן

32 Imperatiuum he kamussatum, & zere sub prima substantiali absoluit, obliquę personæ dagges in alteram suscipiunt, ut הָסֵב הָסֵבּוּ הָסֵבִּי הָסֵבֶּינָה

33 Infinitum simile est Imperatiuo, etiam cum literis בכלם ut הָסֵל atq́ לְהָסֵל Sed fit per mutatio interim punctorum, secundum Dauid Kimhi, ut 2. Paral. 34. ק פִּתֵּק לְהָדֵק
לְהַדֵּק

34 In futuro literas איתן kamecz inspirat, cui sequitur zere, ut אָקֵל יָקֵל atqui zere in constructione transit in sægol, ut וַיָּקֶל אֶת הָאָבֶן Quod alicubi patha sub איתן & mox dagges inuenitur, anomalõ est, ut Eze.

13. וַיָּסֶב אֱלֹהִים.

De הָפְעַל tertiæ classis.

35 He passiuũ tertiæ coniugationis habet sureck, ut הוּסַב cuius psonæ obliquæ dagessantur, ut הוּסַבּוֹת הוּסַבּוֹתִי.

36 Futurum sureck sub יוּ constituit, cui sequitur ferè dages, ut יֻכַּת שַׁעַר. At quandoque sine dages inuenitur, ut יוּחַן רָשָׁע. Hithpaël more perfectorum formatur, ut הִתְקַלֵּל. Et quintam interim imitatur classem, ut. 3. Regum. 17. וַיִּתְמוֹדֵד עַל הַיֶּלֶד.

38 Reliqua ex superioribus nota sũt, quæ perspecta & cognita habebis, conferendo simul quintæ classis canones.

DE QVARTA CLASSE.

Verba quorum prima est aleph, uel iod quiescens, sunt classis quartæ, ut אָמַר יָשַׁב.

2 Verba quæ ab aleph, eam literam in futuro quiescentem retinẽt. Et ea nunc superest ociosa, nunc in uaf quiescẽs commutatur, ut אוֹמַר יֹאמַר. Integre enim dicendum foret אֶאֱמוֹר יֶאֱמוֹר. Aliàs more perfectorum declinantur.

Quod si uaf conuersiua præponitur, in locum segol patha succedit, idq; in con

textu orationis, ut ותאמר ותאמר Prouer 7. פניה ותאמר לו nam לו minutum uocabulũ, finale est sententiæ, In commate aũt sententię atq; termĩo, patha redit Iob. 3. ויען איוב ויאמר Quandoq; perfecte format futurũ, sed in uerbis admodum paucis, tũ enim יאחז ob gutturalem sequentem sęgol ascis cit יאסוף יאסור

5 Sunt qui patha retinent quiescente Aleph, ut יאכל

6 Eadem tamen uerba per diminutionẽ interim declinant, ut תוספה הבליעה Aliud exẽplũ ubi aleph in uaf cõuertit̃, ut ויסף עוד דוד

7 Hiphil habet sægol, ut האזינו

8 Aleph quandoq; totũ cadit, ut ab האזין uenit futurũ יזין nam dages in zain, defectum aleph radicalis indicat.

De Iod quiescente.

9 Duplex ẽ iod, ut est principiũ uocabuli alterũ qdem defectiuũ, alterũ qescens, utrũq; aũt abijcit̃. Et defectiuũ esse uolũt, q̊d punctũ dages, ceu sui memoriã, in secunda substantiali ad similitudinẽ secũdæ classis relinquit. Quiescẽs aũt, q̊d in Impatiuo & infinito totũ cadit, & in fu

turo ſub איתן magno puncto, ideſt, zere pro hirek rememoratur.

10 Si media ſubſtantialis zadik eſt, Iod eidē includitur per punctū dages aliàs ferè uero quieſcentia ſunt, quibuſcunq; iod prima eſt ſubſtantialis, ſicut uidiſti de claſſe ſecunda, Canone.10.&.11.

11 Formas pfectorū ſeruat uſq; ad Impatiuū, qui gradus, p detritionē iod capitis quandóq; abſoluit, ut דַּע שֵׁב שְׁבִי Integre autem יְדַע dicitur.

12 Infinitiuū aūt pfecte formari haud raro ſolet, pſertim ſi vbo condeclineo cohe= ret ירוד ידרנו Ceterū iod exrerit & taph fi= ni, in ſignū illius adiungit, unde hūc gra dū ppemodū formari dicūt, iuxta natu= rā defectiuorū ut דעת Num.12. שבת בחר

13 Impatiuus & infinitiuus, ab ijſdē gra= dibus claſſis 2. nihil pūctis diſcernūtur.

14 Futurū ſine dages, amoto iod, ſub איתן zere uocalē uſurpat in uicē dages ut אירש יֵשֵׁב q̄ differt à ſecūda claſſe, q̄ hirek reti= net, atq; dages in altera ſubſtantiali.

15 Annotabis tn̄ י capitis, aduētu lrarū איתן in qbuſdā vbis non elidi ut אישב אינק אירש (אירשן)

De paſſi. q̄rtę Claſſis.

16 In uerbo paſſiuo primæ inflectionis, & ſub utraq; tertia cõiugatione, Iod prima radicis in uaf tranſmutatur.

17 In præterito quidem uerbi paſſiui, & participio præſenti, præpoſita nun cum holem uaf quieſcit, ut נוֹדַע נוֹדָע

18 In reliquis autem gradibus, cum aſcriptis pũctis conſonat, quę nõ aliter aſcribuntur, atq; in perfecto uerbo adſcripta ſunt, ut à ידע uenit Imperatiuus הִוָּדַע Futurum אִוָּדַע Ibi uaf loco iod primæ radicis, & dageſſatur iuxta canonem 8. paſſiui perfecti.

Coniugatio ſecunda Claſſis quartæ.

19 Secunda Coniugatio, quæ dageſſata ẽ, perfectorum more conficitur, adempto enim iod, uel potius in uaf quieſcens cõuerſo, ſecunda coniugatio fieri nequit. Nam dages, quod tanq; eius coniugatõnis inſigne eſt, ſecundæ ſubſtantiali imponendum foret, quod in hac claſſe locum poſt literam quieſcentẽ non habet.

Coniugatio Tertia, quartæ Claſſis.

20 Tertiam coniugationem he cum holẽ deinde uaf quieſcens loco iod radicalis

posita, cum epenthesi magni hirek ante ultimam radicis absoluit, ut הוֹרִיעַ

21 Per uniuersam coniugationem, sua cuique gradui litera, ceu terminatio discretiua præfigitur, quam uaf cum holem sequi debet, preterquam in participio præterito, quod sureck assumit.

22 Altera substantialis per omnia punctatur sicut in hiphil perfecti uerbi. Exemplū de participio præsenti מוֹשִׁיב De participio præterito מוּרָע De Imperatiuo, הוֹרַע uel הוֹרִיעַ De Infinitiuo הוֹרַע De Futuro אוֹרִיעַ

23 Sunt uerba, quę sub literis præfixis, citra uaf adminiculatiuum zere tanquam signum adempti iod postulant, ut יֵיטִיב ut psal. 51. הֵיטִיבָה בִרְצוֹנְךָ Et superstite interim iod, ut Gene. 13. אִם הַשְּׂמֹאל וְאֵימִנָה Si sinistrā & ego dextram tenebo.

24 In passiuo præterito tertiæ coniugationis, punctatur he præpositiuum per surek, ut Gen. 39. וְיוֹסֵף הוּרַד

25 Quarta coniugatio iuxta uerbi perfecti canones absoluitur, iod nō moto, ut à יָלַד uenit, Nu. 1. וַיִּתְיַלְדוּ & Psal. 9. יִתְיַצְּבוּ

26 Quādoque tñ uaf in uicē iod succedit, ut וְהִתְוַדַּע יוֹסֵף

CLASSIS QVINTA.

1 Verba quorum media uaf est, sunt quintę classis, Kimhi Iod & aleph addit, quæ usurpantur loco uaf.

2 Pręteritũ uerbi, & participium præsens hñt kamecz, uaf exclusi notã, quanquam alias holẽ id ꝓprie referre habet, sed hoc loci ꝑ kamecz fit recordatõ exclusi uaf, ut hec classis ꝓpius, ad uerbũ leue conformet, Apud Oseã וקאם שאון & alibi apud Zach. וראמה וישבה uerũ ibi ponit aleph loco uaf κατὰ συμβολισμόν. Nam per uaf in uerbo quadrato scribitur, ut יסובבנהו יבוננהו

3 Tertia persona pluralis, & tertia singlaris numeri, fœmini generis kamecz retinet, qđ sub reliqs condeclinijs in patha uertit, seu a muta subsequẽte, sic enim quam ꝓxime fieri potest, uerbũ ꝑfectũ imitat, ut קמו קמה Et rursum קמת קמתי

4 Quemadmodum sunt tres terminationes ꝑfectorum פעל פעל פעול ita in hac classe quędam præterita, sed pauca, sunt ꝑ zere & holẽ, De zere, ut 1. Reg. 14. ולא יקץ De holem ut כי אורו עיני quoniam illumiati sutn oculi mei. Ibidem

5 Participiũ pͤsens mas. gen. à uerbo nihil

differt, ut אנכי בָּאָה אליך Fœminini aũt gene. participiũ, accentũ habet in ultima, uerbũ aũt fœmi. in penultĩa, ut de uerbo Exo. 3. הנה צעקת בני ישראל בָּאָה אֵלָי De participio Geñ. 29. והנה רחל בתו בָּאָה Et ecce Rachel filiam eius uenientem cum ouibus.

6 Quandoquidem uero excluso uaf, ultima geminari solet, q̃ rursum in alterã p dages cogiẽ, inuenire ẽ, trifariã huius generis uerba coniugari, ut à בין intellexit, uenit בא בָּאו בָּאת בָּא Et ita in alijs personis & gradibus obseruabis.

7 Participium etiam legitur per zere, ut Esa. 38. כִּי מֵת אתה ולא תחיה quia moriens &c̃ & p holem similiter שוב שׁוֹבִים

8 Participium præteritum, Imperatiuũ, Infinitiuum, surek seruant plerunq;. De participio præterito ואבשלום היה השמורה secundo Regum decimotertio. De Imperatiuo קוּם קְרָא

De Infinitiuo, ut Threnorum primo. לא אוּכַל קוּם

9 Cæterum Imperatiuus & infinitiuus, quandoq; per holem sonant, ut Hier. 3. ושובו Et Esaiæ uicesimoq̃rto. פור התפוררה מוט התמוטטה

Literæ איתן inspirantur puncto kamecz, in signũ uaf medij loci exclusi. Nam surek aut uaf cum holem, ibidem accidentales sunt, tanq̃ epentheses ante ultimã futuri, iuxta canonem undecimũ supra de formatione futuri uerbi leuis, ut יָקוּם יָקִים Item Prouer.3. אַל תָּקוּם

11 Notabis surek quod scribitur in cõtextu oratiõis, idẽ sub termino in holẽ cõuertit. וַיָּקוּמוּ בַבֹּקֶר Ge.24. Deu.13. אחרי ה׳ אלהיכם ילכו יְחוּק

12 Cum uaf pmutatiuo, surek mutatur in kamecz notam exclusi uaf substantialis וַיָּקָם אַבְרָהָם Similiter citra uaf kamecz habet, si in constructione annectit̃ monosyllabon, ut Esa.12. יָשָׁב נא אפך

De passiuo Quintæ Classis.

13 In tertijs personis; nun passiui nota, kamecz subscribit̃, ut נָכוֹן נָכוֹנוּ נְכוֹנָה quod sub reliquis iuxta morem, in seua & holẽ in surek transit, sicut Esaiæ 10. כי נְבוּכוֹתַי

Nam duo holem, quia se continuo non excipiunt, & uaf holem, euphoniæ cau(sa ante ן insulciẽdum est,

cadit prius, quod radicis est, in sureck quod est punctum ipsi holem finitimũ.

14 Participium masculinum præsens, cũ uerbo idem est, ut נָכוֹן. Reliquæ tres personæ kamecz in seua conuertunt, ut נְכוֹנִים נְכוֹנָה נְכוֹנוֹת.

15 Imperatiuum & infinitiuum, he cum hireck preposita, & dages in prima, excluso nun, ad regulam perfectorum formatur, ut הִכּוֹנִי. Futurum pari ratiõe אִכּוֹן יִכּוֹן.

Coniugatio secunda classis quintæ.

16 Vltimam conduplicant loco dages, q̃d in uaf tanquam quiescentem poni non potest. Et sic quadratũ uerbum loco פִּעֵל usurpant, ut supra de quinta coniugatione. In tabulis miscellaneis, aliorum iudicio, & certe usui autorum cõsensum est, quod lector, per ocium discutiet.

Coniugatio tertia classis quintæ.

17 Sub he punctum zere habet.

18 Sub prima radicis habet hireck magnũ tertiæ personæ, ut הֵקִים הֵקִימוּ הֵקִימָה.

19 Reliquæ personæ primã radicis per patha aperiunt, ut הֲקִימֹתָ.

20 Punctatur quoq; prima radicis per hireck, & he characteristica tertiæ coniugationis per hatephpatha, uel hatephsægol, ut הֲקִימוֹתָ הֲקִימֹתָ.

21 Participium præsens sub mem zere in masculino, quod deinde in seua cõmutatur, inspirat, ut מֵקִים מְקִימִים מְקִימָה מְקִימוֹת.

22 Præteritum autem participiũ mem sureck, & sub prima radicis kamecz constituit, ut מוּקָם מוּקָמִים מוּקָמָה מוּקָמוֹת

23 Imperatiuum sub he kamecz assumit, & discriminatur ab indicatiuo præterito, at prima radicis zere terminat̃, ut הָקֵם. Verum singulare fœmininũ, & plurale masculinum pro zere hireck magnum requirunt, ut הָקִימִי הָקִימוּ.

24 Infinitum formatur sicut imperatiuũ, sed præfixis literis בכלם similiter hireck postulat, ut הָקֵם לְהָקִים

25 Futurũ à mem participio præsentis uariat, nam kamecz loco zere sub literis איתן & sub prima substãtiali hireck magnum obtinet, quo quidẽ limite distinguitur à futuro, primæ coniugationis quartæ classis, pariter atque à suo futuro leui.

Paſſiuum tertiæ coniugationis claſſis quintæ:

26 Per he cũ ſureck, & primæ patha, ſicut in tertia & quarta claſſe formatur paſſiuum huius coniugationis, ut הוקם

27 Tres igitur claſſes ſureck habent, uidelicet tertia, ut הוסב quarta ut הולד & quinta ut הוכן Quas quidem claſſes in obliquis per canones prædictos certo poteris diſtinguere.

28 Quarta coniugatio ſeruato uaf, quę dages non recipit, ultimã loco dages fortificantis repetit, pręfixis literis characteriſticis, ut התקוממות alióqui perfecta uerba imitatur.

29 Quinta coniugatio p oĩa ut in pfectis.

CLASSIS SEXTA.

1 Sextæ claſſis ſunt, quæ uel in aleph, uel in he exeunt, ut קרא גלה Iam de aleph finali, & mox de he dicemus.

2 Perſonæ p̃teriti, poſt kamecz alteræ lrẽ ſeruãt aleph ocioſũ, ut קראת קראתי Nã cũ patha ſecũdæ nõ poteſt nõ cõſonare tertia aleph aut he. Verũ in tertia plurali, & in tertia ſingulari fęminini generis aleph proprio puncto inſpiratur, ut קראה קראו

3 In participio præsenti, & præterito masculini generis, singularis nũeri, aleph quiescit, præcedente zere, aut sureck, ut קוֹרֵא קָרוּא. In utróque plurali consonat, ut קוֹרְאִים קְרוּאִים.

4 In secunda imperatiui quiescit, ut קְרָא in reliquis inspiratur, ut קִרְאִי קִרְאוּ קְרֶאנָה.

5 In tertia plurali fœminini generis, quãdóque he decidit, aleph punctato per segol. Exodi. 2. קְרֶאןָ לוֹ וְיֹאכַל לָחֶם. Quandóq; tamẽ aleph quiescit, segol reiecto in mediã, & kamecz sub nun, ut Ruth. 1. וּמְצֶאןָ מְנוּחָה. Item קְרֶאןָ לִי מָרָא.

6 Infinitiuum seua & holem, aut kamecz cum holem, ut קְרֹא קָרֹא.

7 Sub בכלם hireck, & primę seua, alterę autem kamecz subscribit, aleph finali quiescente, ut בִּקְרֹא כִּקְרָא.

8 Interdũ in taph paragogen desinit more uerborũ in he exeuntiũ, ut Iudicũ. 8. מה הדבר הזה עשית לנו : קְרֹאת לָנוּ. In reliquis etiam multis, quę in aleph exeunt, idem uidere est.

9 אית״ן literæ futuri punctãtur ut in uerbis perfectis, quiescente aleph, quatenus uidelicet he finalis quiescit אֶקְרָא יִקְרָא. nam

in plurali & fœminīo solet aleph inspi rari pūctis, ut יִקְרְאוּ תִּקְרְאוּ תִּקְרְאִי. Quanq̄ fe rè etiã sub talibus personis usu scriptu= re inanis relinquitur, ut Exo. 1. כִּי תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה וְנוֹסַף גַּם הוּא.

Commune reliquis con= iugationibus.

10 Passiuum & sequentes coniugationes, nihil nouant, nisi quod zere habēt ante aleph inãe, ut מִלֵּא מִלֵּאתָ נִקְרָא נִקְרֵאתָ הִקְרִיא הִקְרֵאתָ

De he finali altera terminatione classis sextæ.

11 He finalis in personis præteriti quadri fariam quiescit.

Principio manet integra, ut גָּלָה.

Et prorsus cadit, ut גָּל.

Sub tertia persona fœ. generis trãsit in ת altero he ascito, ut גָּלְתָה.

12 In reliquis personis uertitur in iod ina ne, ut גָּלִיתָ גָּלִיתֶם. In tertia tamen persona plurali, & tertia singulari fœminini ge neris, in iod quandóq; uertit, ut Deute. 32. צוּר חָסָיוּ בוֹ Psalm. 57. כִּי בְךָ חָסָיָה נַפְשִׁי ubi ka mecz pronunciationē dilatat, aliàs iux ta uerbum perfectum חָסְיוּ חָסְיָה sicut פָּקְדוּ פָּקְדָה accurtato kameç in seua, dici solet.

13 Participium omne ad primã holem po ſtulat. Præſens aũt in ſægol exit, ut גוֹלֶה ad differentiã in aleph deſitorum, quæ zere habent, ut קוֹרֵא

14 Clauditur etiã & he inanis puncto zere antecedente, relato ſub priorẽ accentu, ſi cõſtructiõe illi, aut minuta dictio, aut uocabulum quod accẽtum retinet, penultimæ adhæret, ut ויהי בונה עיר Exo. 13. בקדש נורא תהלת עשה פלא

15 Participiũ fœminini generis kamecz ante he requirit, ut Heſter. 2. אסתר עושה Vtriúſque pluralia reijciunt he, ut גולים גולות Participium autem præteritum he in iod conſonantem ubique uertit, ut גלוי גלויים

16 Imperatiuum zere ante he inane finit, ut גלה Et in plurali numero decidit he, ut גלו

17 Similiter he in ſingulari fœminini generis in iod ocioſum uertitur, ut גלי Idẽ ſub plurali numero reſeruatur, ut גלינה Quod alicubi tamẽ ſine iod legitur, ut Can. 3. צאנה וראנה

18 Infinitiuus ſine בכלם dũ uerbo ſuo conduplicatur, habet ſub prima kamecz,

aliàs autem ſeua, more perfectorum po ſtulat, Geneſis. 26. ויאמרו רָאֹה רָאִינוּ Deinde ראה פנים

19 Præmiſſis literis בכלם uertitur he in uaf, adiuncto taph paragogæ, ut כַּלּוֹת

20 In eadem forma ſine ם כב uſurpatũ eſt alicubi, ut וְלֹק הירים Iudicum. 7.

21 Futurum ab imperatiuo, præpoſito איתן ſicut in uerbis perfectis, formatur. Habet autem uel he ocioſum, uel abiectũ, uel in iod aut taph conuerſum.

Commune paſſiui uerbi & reliquarum coniugationum ſextæ claſſis.

22 In punctis primæ ſubſtantialis, & literarum appenſilium, ſicut ſunt mem participiorum, he imperatiui, infinitiui, בכלם futuri איתן paſſiuum uerbum, & reliquæ conſequentes coniugationes aſſimilant ad claſſem perfectorũ. Nam uariatio aut detritio iuxta ſuperiores canones ubique fit.

De Futuris, per defectum he radicis.

23 In omnibus coniugationibus inueni=
untur interdum futura p̱ detritionem he
radicalis, ſicut mõ explicare cõtẽdimus.
24 Actiuum ſub חִירֶק hirek, & prima ſęgol
ut אֶגֶל נִגֶל. Alicubi tamen צֵירֵי zere obtinet
ut Nu.16. אַל תֵּפֶן אֶל מִנְחָתָם
25 Paſſiuũ hirek & kamecz, ut אִגָּל יִגָּל
26 Actiuum ſecundæ Coniugationis, ſe
ua & patha. אֲגַל יְגַל
Paſſiuum autem ſecundę, Item & tertię
coniugationis, cum diminutione he ra=
dicis, futurum non habet.
27 Tertię coniugationis actiuum ſex pũ
cta, ut אֲגַל תְּגַל
28 Quatuor omnino uerba coniugando
he nũq̃ deterunt, ſed formis p̱fectorum
integre inflectuntur. Illis altera ſubſtan
tialis non per kamecz, more huius claſ=
ſis, ſed per patha pũctatur & he intendit
pũcto mappik, in ſignũ ꝙ conſonet. sũt
aũt hęc גָּבַהּ כָּמַהּ נָגַהּ תָּמַהּ ut pſal.93 כָּמַהּ לְךָ בשרי
Cõiugat̃ ſic תָּמַהּ תָּמַהְתָּ תָּמַהְתִּי. Tametſi נגה pri=
mam à capite p̱dit iuxta claſſem primã,
ut Iob.18. יִגַּהּ שביב אִשׁוֹ.

DE COMPOSITIS Classibus.

1 Sunt aūt uerba de duabus pariter classibus, quæ utranqꝫ coniugando imitātur.

DE נָעָה

2 Verbum cuius prima litera est nun, & ultima aleph uel he, compositum est ex secunda & sexta classe. Vtriusqꝫ autem regulas coniugando imitat̃, per omnes pariter coniugationes.

3 Imperatiuus tamen integer est, quantū ad nun attinet, ut נְעֵה נְעוּ Deinde sexta classis in Imperatiuo recto tertiæ coniugationis, he amittit ut גַּל hoc compositū uerbum he ibidem retinet, non enim נַע inuenire est.

De אבה & similibus.

4 Triplicia sunt uerba utrinqꝫ habentia literas quiescentes, idest, Verba composita ex quarta & sexta classe, ut in his exemplis. אָבָה יָרֵא יָרָה

5 Nam אבה propter aleph, ut אכל propter he, ut גלה coniugatur.

6 ירא quod in zere, ut פָּעֵל terminatur, uerbū יָרַשׁ ob primam literā & uerbum קָרָא ob

aleph ultimo loco quieſcentem imitatẽ.
7 רם uero, ut ישב propter iod capitis, & ut
גלה propter he quieſcens, inflecti debet.
8 Prædicta compoſita primam non abijciunt in Imperatiuo & infinito gradu.
ut de imperatiuo הֲבָה יְרָא יְרָאוּ ירה
9 De Infinito ut ſup̃, & cum בכלם ut לִירָא
לְרוּץ נתן.
10 Inuenitur uerbum, quod utrãque literam habet defectibilem, ut נתן
11 In perſonis pręteriti appendicem taph retinentibus, nun cadit, ut נָתַתָּ נְתַתֶּם
12 In Imperatiuo & futuro prima cadit, ut תֵּן אֶתֵּן יִתֵּן
13 Vtraque autem in infinitiuo abſcinditur ut תֵּת לָתֵת
14 In præterito deficiũt etiam ambo nun ut 2. Reg. 22. וְאֹיְבַי תַּתָּה לִי

De uerbis Quadratis, aut in ſe mixtis.

15 A uerbis quintæ coniugationis, quadrata differunt, Nam illa habent, aut alterum uaf, ultra ternarium ſolitum, aut ultimam repetitam, ut שופע כונן Hæc aũt cum etiam à perfectis formentur, aut ab

ſciſſa ultima, aut excluſa media, reliqs duas pariter repetũt, ut à שְׁעֵה uenit שעשע atq; à קלל fit קלקל

16 Formantur hoc modo, ultima duplicata, uel quieſcente reiecta, reliquę duæ pariter geminantur, ut in prioribus exemplis, à uerbo שעה remoue he, & à גלל lamed. Deinde utrunq; binarium duplica ex ipſis compoſita conſtituiſti, ut שעשע גלגל

17 Sunt uerba quędã, uidelicet פִּרְסֵם וְכִרְבֵּל ex diuerſis literis coaceruata, ut pſal. 80 יְכַרְסְמֶנָּה חֲזִיר מִיָּעַר Et Paral. 15. וְדָוִיד מְכֻרְבָּל

18 Media quieſcente, adempta extrema in quadratum duplicantur, ut à עול uenit עלעל Eſa. 52. הנה יהוה מְעַלְעֶלְךָ גבר

19 Iuxta ſecundam coniugationem, punctis inter declinandum utitur.

20 Eſt & unum uerbum quinq; literarũ, quod paſſiue legitur, Threno. 2. & Iob 15. ut חמרמר à חמר

Sunt quædam nomina adiectiua quinq; literarum, ſimilia uerbis quinq; literarum ut יְרַקְרַק הֲפַכְפַּךְ וְסְחַרְחַר

DE ANOMALIS.

1 De claſſibus cõpoſitis hactenus. Nunc de cõpoſitis, tum gradibus, tum coniugationibus, atque radicibus acturi, priorem ordinẽ, quatenus modo dabit̃ properanti, obſeruabimus. Sunt autem anomala, & ueluti ſingularia, minúſque frequentata uſu, quod nullam uel coniugationum uel graduum proprietatem referant, ſed ex alijs alia mutuent̃, ferè tamen ſuam habẽt emphaſin, & uelut explicatiorem uim ſignificandi, neque in uſum promiſcuũ ut alia uerba incidũt.

Anomala primæ coniugationis.

2 Ordinem quinque coniugationum, & ſex graduum, quo hucuſq; inſtetimus, pſequemur. Et principio de primæ coniugatiõis gradibus inter ſe, mox de huius ad alias coniugationes compoſitione agam.

3 Præteritum igitur uerbi, & participiũ præſens commiſcentur, ut Iudicum. 13. יוֹלַדְתְּ iod holẽ participij, patha alterius, & ſeua ultimæ literæ præteriti puncta ſunt.

4 Pręteritum & futurum, ſimiliter in unũ conſtringuntur, ut. 1. Re. 25. וַתָּבֹאתִי לִקְרָאתִי Taph quidem antecedens futuri, finale autẽ cum ſeua pręteriti uerbi character eſt. Iod enim, quia non legitur, aiũt eſſe denominatiui conſtitutiuum.

5 Numeri inter ſe pluralis & ſingularis coaleſcunt, ut Ezechielis. 9. וְנֶאשֲׁאַר אֲנִי ex futuris אֶשָּׁאֵר & נִשְׁאַר cõſtat. Kimhi putat conflatum eſſe ex præterito paſſiuo uerbi. &c.

6 Hæc de gradibus primæ coniugatiõis inter ſe. Iam animaduertas primã cum ſecunda coniugatione cõponi, ut Pſal. 7. יִרַדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי futurum primæ יִרְדֹּף & ſecundæ inflexionis יְרַדֵּף habet. Nam patha ſub res ſecundæ coniugationis punctum eſt.

7 Item וְאֵסַעֲרֵם ubi zere ſub aleph יְדִיזֵר medium uidetur punctum, inter ſægol leuis, & patha, grauis uerbi puncta.

8 Paſſiuum primę coniugationis cũ hithpaël miſcetur, ut נִכַּפֵּר Nam hireck paſſiuum primæ, duo dages ĩ prioribus ſubſtantialibus quartam coniugationẽ declarant. Huius formę eſt נִסְּרוּ à נוּסְּרוּ paſſi

uo, & הִתְנַכְּרוּ hithpaël.

9 Participium præsens actiuum, & præteritum uerbi passiuum secũdæ coniugationis, in unum coeunt, ut מְקוֹנֶנֶת à מְקוֹנֶנֶת atque קוֹנֶנֶת

10 Fit compositũ ex quarta & quinta coniugatione, ut ex תִּתְלַכְּדוּ וְתִלּוֹכְדוּ formatur תִּתְלוֹכְדוּ

11 Actiuum primæ coniugationis, cũ passiuo secundę permiscetur, ut יְפֻעְפִיתָ à uerbis יָפִיתָ & יֻפֵּיתָ quod quidẽ pariter duplicatur.

יְקֹמֵהוּ mutato sureck in holem, fit à יְקוּמֵהוּ וַיְקֻמֵהוּ

12 Leue uerbum & hiphil in unum conferuntur, ut מִשְׁקָם pro מַשְׁקָם nam hirek ab hiphil mutuatum uidetur.

13 Item dagessatum & hiphil, ut וְהִפֵּרִיתָ nã dagessatum est פֵּרִיתָ hipil autem הִפְרִיתָ

14 Pręteritum hiphil cum futuro suo conflatur, ut הִשְׁלַכְתָּנָה præteritum הִשְׁלַכְתֶּן futurum תַּשְׁלֵכְנָה Quidam aiunt simplex esse cum he appendice.

15 Masculinum & fœmininum eiusdem, simul componuntur, ut מְקַלְלַוְנִי à participijs מְקַלְלוֹ atque מְקַלֶּלֶת Appendix iod no

ta est epitheti.

16. Tertiæ coniugationis actiuum & passiuum permiscentur, ut הֻנִּיחַ וְהִנִּיחַ constituunt הֻנִּיחַ

17 Participium præsens primæ, & præteritum uerbi quartæ coniugationis, ut מִשְׁתַּחֲוִיִם. Integra eius sunt מִשְׁתַּחֲוִים וְהִשְׁתַּחֲוִיתֶם

De radicibus compositis, uel anomalis.

18. Verbum uerbo regulariter nõ componitur, quod quidẽ initio huius libri monuimus. Atqui duorum interim uerborum puncta & literæ, raro tamen, in idẽ cõflant, ut וְהֵרִעִיבוֹתִי uenit à [illegible] וְהַעֲיבוֹתִי deductitijs nimirũ à primitiuis יעב & עוב אֶתְּקֶנְךָ Hieremiæ. 22. quasi [illegible] à futuris diuersorũ uerborum תקן & נתק quo declaratam aiunt subitam domini mutationem, nam Saltiel postea genuit Zaru babel.

מְקַלְלוּנִי radices habet קלל & קלה quarũ participia tertiæ coniugationis sunt מְקַלְלִי atque מְקַלֵּנִי Nam uaf post lamed in uicẽ he posita est.

Consultis authoribus Grammaticis, & commentarijs scripturarum, Video Anomola latissimam exposcere tractationem, Quod muneris relinquo præceptoribus, & alijs, quibus plus ocij suppetit, Nam singulæ compositiones, in suum quæque ordinem adnumerari possent. Qua opera Hebraismus penitissime perspiceretur. Quod si eum laborē nemo occupabit, ego fortassis obibo bona ac pia ingenia locupletius demeriturus.

V. Fabritij Capitonis, Institutionum Hebraicarum libri secundi Finis.

INDEX CAPI TVM SECVNDI LIBRI.

FINIS INDICIS.

Excudebatur Argentorati apud
Vuolfium Cephaleum, Anno
M. D. XXV.
prima A-
prilis.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm